TRACTATUS THEOLOGICUS DE DEO,

Sive de Natura & Attributis DEI,

OMNIA FERE AD HANC MAteriam pertinentia (saltem de quibus utiliter & religiosè disputari potest) decem Disputationibus, antehac in Illustri Schola Steinfurtensi, diverso tempore, publicè habitis, breviter & methodicè comprehendens.

Accesserunt etiam seorsim Annotationes, hactenus quidem imperfectæ, nunc autem demùm perfectæ (de quibus vide paulò pòst Præfationem ad Lectorem) ad uberiorem eorum exegesin, quæ in Thesibus haud satis explicata esse videbantur.

AUCTORE
CONRADO VORSTIO S. Theol. Doct. & Professore in Illustri Schola Steinfurtensi.

STEINFURTI excudebat Theoph. Cæsar,

ANNO M. DC. X.

Elenchus X. Disputationum de DEO: Itē Index foliorum, quibûs tum ipsæ, tum Notæ ad ipsas, inchoantur.

Si quid in his, Lector, placet, assignare memento
Id DOMINO: Si quid displicet, hocce mihi.

Lectori

Illustrissimo pötentissimoq; Principi & Domino, Dn. Mauritio, Hassiæ Landtgravio, Comiti in Katzenelebogen, Dietz, Nidda, & Ziegenhain, &c. Domino suo Clementissimo.

Gratiam & pacem á DEO Patre, & Domino nostro Jesu Christo.

QUANTA sit, Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, cúm universæ Scientiæ Theologicæ, tũ maximé illius partis, quæ de ipso Deo Opt. Max. ejusque adoranda Majestate, & divinis attributis agit, dignitas & præstantia: neminem inter Christianos esse arbitror, qui nõ aliqua saltem ex parte perspectum habeat: vestram certé Illustriss. Celsit. utpote in his etiam rebus optimè versatam, latére minimé potest. Sive enim objecti excellentiam spectemus: quid supremo illo rerum omnium Conditore & moderatore Deo, nobilius aut sublimius esse potest? Sive ipsius scientiæ certitudinem respiciamus: quid cœlesti oraculo, h. e. ipso Dei verbo, (unde illa universa hauritur) certius aut constantius invenietur? Sive ejusdem scientiæ utilitatem ac necessitatem intueamur: quid ista nobis utilius, aut magis necessarium, quid item honestius aut jucundius, excogitari queat? quippe quæ non modó viam nobis ad æternam felicitatem consequẽdam patefacit: sed & felicitatis istius non minima portio, citra veritatis jacturam, appellari potest: Ut Servator ipse noster, non sine gravi causa, vitam æternam in cognitione unius veri Dei, & quem ille misit Jesu Christi, positam esse

affirmaverit Joh. 17. Quod tametsi de Voluntatis potiùs, quàm Essentiæ divinæ cognitione: & hac quidem non nuda; sed viva & actuosa, sive cum praxi Christianæ pietatis conjuncta, dictum esse fatemur: illud tamen ab omnibus sano judicio præditis, & harum rerũ intelligentibus, haud difficulter obtinebimus, solidam hanc divinæ Voluntatis cognitionem, quæ piam obedientiam, sive affectum pietatis erga Deũ, includit, sine aliqua saltẽ Essentiæ seu Naturæ illius indagatione, haberi nullo modo posse. Quomodo enim ex animo Deum colet, aut voluntati ejus obtemperabit, qui vel de ipsa Dei existentia dubitat? vel, unusne an plures sint, ignorat? vel de unius illius summa potentia, sapientia, bonitate, liberrimaque potestate, nondum certò persuasus est? Quomodo porrò vitam æternam à Deo exspectabit, qui de ipsa ejusdem æternitate hæsitat? Quomodo denique exemplum Dei in exercenda tum justitia, tum misericordia constanter imitabitur, qui nec justitiæ sive æquitatis, nec misericordiæ & gratiæ divinæ, rationem satis perspectam habet? Idem de cæteris id genus attributis, & proprietatibus in Deo residentibus, existimandum est: ut quæ omnes suo loco, ad salvificam illam Dei notitiam comparandam, non parum conducant.

Porrò istarum rerum attenta consideratio non modò superioribus annis me commovit, ut doctrinam hanc de DEO, disputationibus aliquot, diverso tempore in hoc Illustri Gymnasio habitis, quanta maxima possem fide ac diligentia comprehenderem, & publicé examinandam proponerem: quod meæ vocationis, & officii mihi demandati ratio postulare videbatur: verùm etiam nunc mihi facilé persuasit, ut omnes illas, simul in unum syntagma collectas, publici juris facerem: accedente præsertim aliquot amicorum hortatione, qui novam hanc editionem non idcirco

tantùm urſerunt, quòd priora exemplaria jam pridem deficerent, quæ ipſi & ſecum, & cum aliis communicari petebant: verùm etiam quòd lectionem iſtarum diſputationum, ſi omnes ſimul in lucem ederentur, & ſibi, & pluribus aliis eò fructuoſiorẽ fore, exiſtimarent. Horum igitur honeſto deſiderio ſatisfaciendum eſſe credidi: nimirum bona ſpe fretus, eam utilitatem, quam pauci quidam ex ſingulis diſputationibus jam antè percepiſſent, ex omnibus ſimul, in unum libellum redactis, ad plures alios perventuram eſſe. Quem ſcopum ut tantò faciliùs aſſequerer, Annotationes quaſdam in hac editione ſeorſim adjicere viſum fuit; quibus ea omnia paulò pleniùs explicarem, quæ in diſputationibus illis, ſtudio brevitatis, pro rei dignitate non ſatis explanaſſe mihi videbar. Sed iſtum laborem, alioqui non pœnitendum, perficere hoc tempore non potuimus, propter cauſas infrà ſuo loco indicatas: quem tamen ad Nundinas proximè futuras, Deo vitam & ocium porrò concedente, prorſus abſolvere in animo habemus.

Quanquam diſputationes ipſas ita comparatas eſſe cõfidimus, ut pios & moderatos Lectores nullam in iis impingendi occaſionem reperturos eſſe exiſtimemus. Nihil enim temerè, & quod diu multũq; meditati nõ ſimus; imò nihil extra Dei verbum, & rationes inde bona conſequentia deductas, ad ſublime hoc Divinitatis argumentum explicandum, in illis attuliſſe nobis videmur: niſi quòd materiam illam ſacram arte quadam logica tractamus ac digerimus, & generale iſtud organum divinæ illi doctrinæ, ad clariorem ejus intelligentiã, applicamus: quodque interdũ aliorum quoq; inſignium virorum, qui Locũ hũc ex ꝓfeſſo & copiosè explicarũt, ſententias quaſdã obiter aſpergim⁹;

sed illustrandi tantùm, nõ autem probandi gratia. Etenim soli Deo, de sua ipsius Natura & Voluntate testanti, simpliciter credendum esse putamus, ut qui solus sibi optimè notus est. Humanas autem rationes vel auctoritates hîc non facilè admittimus: quippe memores illius, quod Cyprianus in exposit. Symboli ait, *de DEO etiam vera dicere periculosum esse.* Itaque etiam de meo, præter ipsam phrasin & dispositionem, nihil admiscere volui: verùm intra illos verbi divini, & sanæ rationis cancellos studiosè me continui. Quæ etiã causa fuit, cur Tractatum hunc Theologicum appellandũ esse putaverim; quippe principiis verè Theologicis, opinione quidem mea, superstructum: quũ alioqui Philosophos etiã extra Dei verbum, de universa feré Dei Natura (quám bené, nescio) disserere animadvertam. Neq; tamen sic ullo modo gloriari ausim, me nõ alicubi vel in sententiis, vel in ipsa methodo & modo agendi, loquendi formulis, vel hallucinatum esse. Quin ultrò potiùs, & communem illã humani judicii infirmitatem, qua omnes in hac vita laboramus, & peculiarem meam inscientiam ac ruditatem, in tam ardua præsertim materia, libenter agnosco: & proinde (ut cum Augustino loquar lib. 1. de Trinit.) *non modó pium Auditorem vel Lectorem, sed & liberum Correctorem hîc requiro: nec pigebit me sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi erro, discere. Quare quisquis hæc nostra leget* (verba ejusdem Patris sunt, sed nunc mens nostra) *ubi pariter certus est, pergat mecum: ubi pariter hæsitat, quærat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me: ubi meum, revocet me. Ita simul ingrediamur charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est, Faciem ejus quærite semper &c. Quód si quis ista legens, dicit, Hoc non bené dictum est, quia nõ intelligo: locutionem meam reprehendat, non fidem. Et forté potuit hoc dici planiús: sed nullus hominum ita locutus est, ut in omnibus ab omnibus intelligeretur, &c. Qui veró hæc legens, dicit, Intelligo*

quidem,

quidem, quid dictum ſit: ſed non verè dictum eſt: is afferat, ſi placet, ſententiam ſuam, & redarguat meam, ſi poteſt. Quod ſi cum charitate & veritate fecerit, mihiq; etiam, dum in hac vitâ maneo, cognoſcendum fecerit, uberrimum hujus mei laboris fructũ cepero, &c. Hoc, inquam, opto & precor, ut qui iſta legere & judicare volũt animum afferant ab omni φιλονεικίᾳ & φιλαυτίᾳ, aliisque pravis affectibus, qui judicium impedire, immò excæcare ſolent, omnino purgatum: nosque amicè & candidè de iis admoneant in quibus erratum fuiſſe putaverint. Nãque hoc beneficii loco ducam, & paribus officiis compenſare ſtudebo. Hanc mihi mentem eſſe, novit ille, de quo nunc agimus, mentium Inſpector DEUS. Equidem ut nolim ipſe cuiquam neceſſitatem imponere credendi dictis noſtris, quin priùs ea diu multumque examinaverit, & verbo Dei conſona eſſe deprehenderit: ſic velim alios eàdem erga nos æquitate ſemper uti; nec temerè quidquam damnare, quod non ad exactam illam Critolai, vel, ut rectiùs dicam, Spiritus S. libram benè penſiculaverint. Acerbos & inclementes illos Judices hîc deprecor, qui, niſi quod ipſi faciunt, nil rectum putant, nec interim, quod proverbio dici ſolet, manticæ quid in tergo ſit, vident. Contrà verò moderatos & candidos Lectores mihi dari precor; qui & ſe homines eſſe, neque nos beſtias eſſe, h. e. ſe quoque errare poſſe, & nos verum dicere poſſe, meminerint: & proinde ſic noſtra legant ac cenſeant, ut ſua ab aliis legi & cenſeri vellent. Quod enim quiſpiam juris in alterum ſtatuit, (ut habet regula juris) eo ut ipſe utatur, & juſtũ & neceſſarium eſt.

Cæterùm, quòd ſub auguſto Celſit. veſtræ nomine, Illuſtriſſ. Princeps, laborem hunc meum in publicum hominũ conſpectum prodire voluerim, ejus facti non una, nec levis mihi ratio conſtat. *Primùm* enim, dum ad ipſam Materiæ hujus gravitatem & ſublimitatem ſubinde reſpicerem, quę

ſe ſanè comparata eſt, ut non ſit cujuſvis, de ea ſtatim rectè judicare, atque interim temerariam illam in judicando libidinem, quæ noſtro tempore paſſim dominatur, ex adverſo perpenderem; qua ſcilicet etiam optimè dicta in peſſimũ ſenſum ſæpe detorquentur, & viris innocentibus, quique nihil tam in votis habent, quàm de omnib optimè mereri, facilè periculum aliquod aut moleſtia creatur: omnino ad patronum aliquem talem mihi cõfugiendũ eſſe putavi, qui non modò potentiâ & auctoritate plurimùm polleret; ſed & erudita ſapientia tantùm valeret, ut ipſe p ſe de propoſita materia quàm rectiſſimè judicare poſſet; eóq; ſalutarem hanc veritatem, à ſe priùs exactè cognitam, libenter & alacriter, adverſus hierophantarum injurias, aſſerere vellet Etſi enim divina veritas humano patrocinio non eget, ut quę ſuis ipſius viribus innixa, licet ad tempus ab hominibus vel improbis, vel imperitis prematur, tandem Dei beneficio victrix emergere ſoleat: gaudet tamen ipſa per homines etiã pios in lucem proferri; maximè per viros principes, & eos quidem ſapientes & religioſos, utpote veros Eccleſiæ Catholicæ nutritores. Similiter, quamvis Theologis ſeu Verbi divini miniſtris, tanquam Veritatis illius Sacerdotibus, ſi quid fortè perperam ab iis dictum ſcriptumve ſit, id Principis ullius præſidio defendere, vel alioqui rigidè & pertinaciter tueri, aut nimis etiã excuſare, prorſus illicitũ ſit: iiſdem tamen ad legitimam piorum Principum cognitionẽ in tempore provocare, eoſque hoc modo ad cauſam diligẽtiùs cognoſcendam excitare, & adverſus ſiniſtra aliorum præjudicia munire, ſemper optimo jure cõceſſum fuit. Porrò quin de hac nobiliſſima Sacroſanctæ Divinitatis cauſa, quæ jam nobis in manibus eſt, Illuſtriſſ Celſit. veſtra tantò rectiùs & incorruptiùs judicare poſſit, quantò majores,

quàm

quàm alii complures illius Celsissimi ordinis viri Principes in omni literatæ sapientiæ genere progressus hucusque fecit, mihi quidem minimè dubitandum videtur. Quod, quia citra omnem omnino adulationis suspicionem dictũ esse cupio, idcircò à prædicandis Illustriss. Celsit. vestræ laudibus (quas alioqui jure optimo, si modò facultas suppeteret, celebrare possem) studiosè hoc loco mihi tempero.

Altera deinde ratio non parum etiam me commovit: quòd videlicet animadverterem, Illustriss. Celsit. vestram, singulari Dei providentiâ & beneficio, ad infelices illas cõtroversias, quibus Ecclesiæ Germanicæ jam nimiùm diu exagitantur, si non omnino sopiendas, saltem aliquatenus sedandas, cum maximo piorum omnium applausu excitatam, ac velut è cœlo nobis demissam esse: quódq; hoc tantũ quã immortale privilegium, seu prorogativam quandam, Excellentissimæ Vestræ familiæ divinitus hucusque concessam, & in Optimis illis fortissimisque, beatæ memoriæ, Heroibus, Avo simul & Patre Celsitudinis vestræ, antehac non semel observatam, cum singulari gaudio & solenni ad Deũ gratiarum actione, in persona Illustriss. Excelsi. Vestræ recognoscerem. Proinde non exiguum operæ pretium me facturum existimavi, si humilima hac operis mei dedicatione, non modò Illustriss. Celsit. vestram, ad heroicum hoc vereque Christianum κατόρθωμα deinceps continuandum, suppliciter & demisse cohortarer: sed & qualemcunque viam ac rationem, ad graviores illas contentiones, de persona Christi, deq; divina prædestinatione ad salutẽ, &c. faciliùs componendas, obiter & velut in transcursu ostenderem: prout ista via in Disputationibus quidem hisce breviter & obscurè passim indicata est; in Annotationibus autem, DEO dante, uberiùs & clariùs ostendetur. Et sanè e-

ptandum esset, omnes Euangelicos orbis Christiani Principes, omnesque Ecclesiarum Doctores (illos pro Auctoritate & potentia, hos pro pietate & sapientia sua) in id totos incumbere, ut infausta hæc certamina (quæ nostra quidem, h. e. Euangelicorum omnium, certissima dispendia; communium verò hostium optatissima compendia sunt) vel tandē aliquando tolerabili quapiam ratione dirimerentur. Id quod tum denique futurum sperari potest, cùm à peccatis nostris seriò resipiscemus, & securitati isti carnali, quæ passim inter nos etiam Euangelicos (heu dolor) regnum obtinet, modum & finem aliquē, p Dei gratiā, statuemus.

Accedit *postremò*, quòd propensam & submissam animi mei tum observantiam, tum gratitudinem, erga Illustriss. Celsit. vestram, ista qualicunque προσφωνήσει palàm & publicè testatam facere debui. Non enim tantùm Illustriss. Celsit. vestra, ob egregias & excellentes, quibus à DEO Opt. Max. uberrimè exornata est, tum corporis, tum animi dotes ac virtutes, & quæ inde quotidiè resultant, præclarissimas actiones, ad Ecclesiæ salutem redundantes, omnino dignissima est, quā boni omnes Ecclesiæ Catholicæ cives, & præsertim docti ac literati (quippe de quibus omnibus & singulis, ipsa præclarè mereri nunquam desinit) veluti salutare aliquod sidus suspiciant ac venerentur, suisque & veris & honestis Encomiis ad perseverantiam in hoc sancto curriculo côficiendo, subinde quasi quibusdam subditis calcarib. exuscitent: verùm eadem quoque Celsit. vestra clementissimam suam voluntatem, & gratiosam affectionem, speciatim erga me, licet de facie sibi prorsus ignotum, & tantùm ab aliis optimis viris, communem Ecclesiæ salutem amantibus, commendatum, non semel antehac, & recenter quidem adhuc, perspicuis indiciis demonstravit: adeò

adeò ut turpem ingratitudinis notam vix effugiturus esse videar, nisi publicam aliquam mei erga Celsit. vestram cujus, & animi planè ipsius servitio devoti, significationem apud omnes extare curem.

Quod igitur superest, Illustriss. Celsit. vestram, Excellentissime Princeps, etiam atque etiam demissè rogo, ut meã hanc in ipsa compellanda παῤῥησίαν in optimam partem clementissimè interpretari, & Tractatum hunc Theologicum, licet nòdum omnibus suis numeris absolutum (brevi tamen ut spero absolvendum) serenissimo vultu atque animo suscipere, atque interea me, tanquam promissi paulò pòst omnino præstandi reum, sibi obnoxium habere, denique in numero humillimorum Clientum suorum, qui omnia studia & officia sua ex animo ipsi devoverunt, habere atque agnoscere ne dedignetur.

Postremò Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi supplex oro, ut Illustriss. Celsit. vestram, ad propagationem divinæ suæ gloriæ & dilatationem Ecclesiæ Catholicæ, nec non ad ipsius, & subditorum ejus, immò nostram omnium æternam simul & temporalem salutem, quàm diutissimè rebus omnibus optabilibus circumfluentem atque incolumem servare, & sanctissimos ipsius conatus ad felicem exitum gratiosè perducere velit. Amen. Scriptum Steinfurti, XX. Martii, Anno Christi 1610.

Illustriss. Celsit. Vestræ

Observantissimus

CONRAD. VORSTIUS D.

Disputatio prima theologica

DE DEO.

Nempe de Existentia DEI:

In qua demonstratur contra Atheos,

DEUM ESSE.

Habita XI. die Martii anni 1598. Respondente HENRICO CLEMENTE ROIZO *Batavo*.

Thesis I.

HACTENUS de Principiis S. Theologiæ, deq; S. Scriptura aliquoties est disputatum. Deinceps, DEO favente, de partibus illius disputare agemus. Sunt autem duæ primaria, Fides & Fidei actio: illa complectitur omnia ea, quæ nimirum de DEO ejusq; Voluntate & Operibus credenda sunt: ista præscribit omnia opera ea, quæ videlicet ad salutem obtinendam ex DEI voluntate facere nos oportet. Illa, inquam, rectum de DEO sensum, ac proinde salutarem Sapientiam: ista rectum DEI cultum, ac proinde veram Justitiam nobis describit: quibus duabus partibus tota pietatis doctrina absolvitur. Vide Act. 24, 14. & 16. Transitio à principiis S. Theologiæ ad ejus partes

2 Præcedit autem doctrina Fidei, tanquam fundamentum alterius partis: quia accedentem ad DEUM oportet hæc duo credere, DEUM esse, & cultores suos remunerari. Ebr. 11, 6. Neq; enim fieri potest, ut recte & serio Deum colat, qui ipsius Naturam, Voluntatem & Opera ignorat: quum ignoti nulla sit cupido. Contra vero fieri posse videtur, ut qui solidam habet Dei cognitionem, non etiam ad illum colendum, atq; ita salutem æternam consequendam sese accingat. Ordo partium S. Theologiæ.

A

Capita [illegible] 1. *Vides caput a duo praecipua constitui* [illegible], alterum de Deo seu Dei Natura. Alterum de eiusdem Operibus. *De illo prius agemus* [illegible] *quam* [illegible] *quem* [illegible] *de ipsis* [illegible] *ex illa sit* [illegible] *autem Voluntatis Dei magnam partem in cognitione Operum eius comprehenditur. Verum ad hanc doctrinam de Natura Dei, omnium certe utilissimam ac saluberrimam, recte percipiendam, oportet ante omnia constitutum in animis nostris haberi primum illud Fidei axioma*, Deum esse, *quod nisi praesente disputatione. DEI* [illegible] *demonstrabimus, de ipsa DEI Natura sequentibus disputationibus* [illegible].

Manifestas cognitionis Dei. 2. *Porro priusquam id facere aggrediamur tria quaedam* [illegible] *cognitionis Dei, qualis in nobis, dum hic vivimus, esse potest ac debet, praemittemus: eam nobis esse necessariam, sed valde difficilem, attamen possibilem. Necessitas enim apparet, quod sine illa cognitione voluntatem Dei* [illegible] *salutem aeternam* [illegible] *Matth.* [illegible] *Thess.* [illegible] *Ita ut pessime sibi consulant, qui vel ignorationem Dei* [illegible] *Praeterquam quod* [illegible] *est in omni vita certum ac* [illegible] *qui extremum illum finem* [illegible] *Vide 2. Pet. 1, 2, 3.*

Difficultas. 3 Difficultas *huius cognitionis ex eo colligi potest, partim quod nemo unquam Deum vidit, et ne videre quidem potuit, quippe qui habitat lucem inaccessibilem videre est* Joh. 1, 18. 1. Timoth. 6. 16. *partim quod humana mens, quam finita sit, & exigua eaque obscuro lumine praedita, infinitam illam atque aeternam Mentem* [illegible] *non potest: sed facile* [illegible] *nisi divinitus* [illegible] *confirmetur. Matth. 11, 27. Rom. 1, 21.*

Possibilitas. 4 *Non tamen est de ea, velut* impossibili, *desperandum. Nam tametsi* [illegible] *Deum aspicere: hic tamen ad illarum* [illegible] *potest. Et quanquam sensus ipsi externi &* [illegible] *ad Deum usque ascendere non possunt, tamen* [illegible] *mens nostra potest. Denique licet infirma sit illa mentis apprehensio, & obscura: est tamen certa & vera, adeoque infallibilis: futura etiam perfecta, cum in illa patria faciem Dei videbimus. Vide 1. Cor. 13. 12. & cap. 13. 12.*

3 Porrò hinc apparet, omnem DEI cognitionem ab aliqua ejus patefactione oriri. Hæc autem est triplex. Prima omnibus hominibus exposita est, & quodammodo Naturalis, quæ se se quasi exserit in omnibus adultis sanâ mente præditis. Hi enim partim ex communibus principiis sibi insitis, partim ex visibilibus Dei operibus ratiocinando colligunt, Deum esse. Psal. 19.1.2. Rom. 1.20.21. Altera eorum quibus Deus se paulò familiarius exponit propria est, quam in verbo ipsius h. e. S. Scriptura expressam videmus. Psal. 147.19.20. Heb. 1.1. Postrema planè singularis est, quâ solos eos dignatur, quos jam propius sibi conjunxit, quibus mentem per Spiritum S. sanctificat, ita ut mentes eorum certissima quadam plerophoria compleat. 2. Cor. 3.12. 1. Johan. 2.20. Triplex Dei patefactio, quâ nobis innotescit.

4 Sed quoniam Athei nec Scripturam Sacram audiunt, nec Spiritus S. energiam sentiunt: nos saltem eos & contra negantes principia disputare, instructum. Natura nobis hic in subsidium vocanda est. Hanc enim eos negare non possunt, nisi & Sensum & Rationem, & totius Mundi historiam, & Consensum Universalem abnegare velint. Neque tamen hic quicquam à S. literis alienum committemus; quum in iis etiam fundamenta talia principia Naturalia de DEO, præsertim apud homines profanos, sæpe afferantur. Vide exemplum Pauli Apostoli Act. 14.15.17. & 17.27.28. Rationes contra Atheos unde sint petendæ.

5 Prima autem apodixis à Sensu petitur, quia, si Deum non videt, Deum tamen esse docent motus. Docet enim hoc, esse Motum esse in Mundo, & quicquid movetur, ab alio moveri. Unde sequitur, aliquem esse primum Motorem immobilem, h. e. qui semper actu sit, nunquam potentiâ. Movere enim est, è potentia in actum deducere: & quicquid movet, idipsum actu est. Nihil autem simul est in actu & potentia, secundum idem. Unde efficitur, non posse idem esse movens & motum. Alioquin foret processus in infinitum: quum infinita moventia non possint tempore finito ad terminum suum pervenire. Est igitur hic ille primus Motor omnis motionis, in quo sumus, vivimus & movemur. Hic autem est Deus. Act. 17.27.28. I. A Sensu ratio quæ innititur ad motorem.

2. A serie caussarum efficientium.

10 Secunda sumitur ab ipso Sensu: quo docemur, naturaliter Nihil ex nihilo fieri, & tamen multa quotidie nova fieri: quod utramque perpetua rerum generatio & corruptio testatur. Nihil autem fieri potest a seipso: quia nihil potest simul esse & non esse, simul esse prius & posterius seipso, denique simul esse caussa & effectum sui ipsius. Ergo ab aliqua caussa, & ea quidem plane necessaria, h. e. quae necessario praeexistat, fiunt omnia. Alioqui sequeretur, aliquando nihil omnino fuisse, et proinde ne nunc quidem aliquid esse: quia quicquid non esse potest, id aliquando non est: & quicquid esse incipit, per id esse incipit, quod actu est. Sed in subordinatis caussis necessario ordinatis non datur progressus in infinitum. Est igitur aliqua Caussa prima, a qua reliquae omnes vel immediate vel mediate pendent, quaeque necessitatis suae principium a seipsa habet. Haec autem est DEUS. Genes. 1. 1. & seqq. Act. 17. 24. 25.

3. A Conditione naturae hominis.

11 Tertia ducitur ab evidente Ratione: quae fateri cogit, hominibus esse mentem quandam praeditam, quae ab aliqua caussa pendeat, & nullam caussam toto genere esse deteriorem suo effectu, quum nemo alteri id conferre possit, quod ipse nullo modo habet. Unde efficitur, esse aliquam Mentem supremam ac sapientissimam, quae hominibus intelligentiam & notitias communes indiderit: quippe quae nec casu existunt, nec e materiae potentia oriri possunt. Haec autem mens est DEUS. De quo vide Psal. 94. 9. Cujus etiam genus nos esse, docet ille in nobis insitus divinae particula aurae. Ubi Apostolus ex Arato disserit. Act. 17. 28.

4. A rerum ordinatione ad finem.

12 Quarta ratio sumitur ab ordinata rerum dispositione, & directione ad finem. Videmus enim constantem esse in Natura ordinem: & rebus omnibus aliquem propositum esse finem animadvertimus: quum nihil tam vile sit, quod non aliquem sui usum praebeat. At neque constans ordo casu fortuito existit: quum eorum, quae casu feruntur, nec perpetuus nec universalis sit eventus: neque res brutae, nisi ab intelligente aliquo directae (verbi gr. sagitta a sagittario) constanter ad certum finem contendunt. Est igitur aliquis Summus Rector hujus Universitatis,

idemque

idemq; rerum omnium finis extremus: nempe DEUS. de quo vide Proverb. 16. 4. & 31.

13 Quinta ratio ducitur à gradibus & differentia rerum congenerum. Sunt enim hæc, verbi gr. alia magis, alia minus bona & præstantia. Dicuntur autem magis ac minus de eiusmodi rebus, quæ propius vel longius absunt ab eo, quod in aliquo genere maxime est tale. Porrò quod maxime tale est in aliquo rerum genere, id caussa est omnium congenerum: sicut ignis maxime calidus, caussa est omnium calidorum. Ex quo efficitur, esse aliquod summum Bonum in genere bonorum, item aliquod primum verum in genere verorum, & primum ens in genere entium, quod reliquis omnibus sit caussa bonitatis, veritatis, essentiæ. Hoc autem est DEUS, ex quo sunt omnia, ut dicitur Rom. 11. 36. — 5. à subordinatione rerum congenerum.

14 Sexta ratio ducitur ab ipsa Conscientia, quæ unicuique intus dictat, Esse Deum. Hæc enim post admissa peccata, licet aliis hominibus incognita, non cessat hominem accusare, & tacitis tormentis excruciare; contrà in negotiis bene gestis, etiam adversis aliorum iudiciis & calumniis, excusare nos & gaudio quodam perfundere solet. Sicut videre est Rom. 2. 15. Quod non faceret, nisi aliquem superiorem Iudicem agnosceret, qui ut scelerata pœnis, sic proba præmiis afficiat. Facit autem, etiam apud invitos, ut illud Esa. 57. 21. impiis non est pax. Sicut videre est in exemplo Caligulæ apud Suet. Porrò hic supremus Iudex DEUS est, sicut appellatur Gen. 18. 25. — 6. à testimonio conscientiæ.

15 Septima ratio petitur à perpetua omnium temporum historia, quæ docemur, ordinem politicum, ecclesiasticum, & œconomicum ab uno aliquo Curatore hactenus esse conservatum. Nam & fatales imperiorum conversiones clare demonstrant, illa non humanis consiliis, sed divina providentia constitui ac transferri: de quibus videre est Dan. 2. 21 & 4. 22. & miraculosæ victoriæ, itemq; medii heroicæ virtutis, qui extra ordinem ad Ecclesiam DEI iuvandam excitantur, idem probant, præsertim Deut. 32. 30. 31. 28. Iud. 14. 19. Esdr. 1. 1. denique exempla — 7. à providentia circa genus humanum.

atrocium pœnarum, quibus atrocia delicta in hac vita fuerunt divinitus punita (qualia sunt illa de universali diluvio, Sodomæ excidio, Ægyptiorum plagis, item illa de Antiocho, Herode, Juliano &c.) manifeste convincunt, esse aliquem Deum, totius Mundi Judicem. Vide Psal. 58, 11, 12.

8. à divinatione futurorum. 14 Octava ratio ducitur à prædictionibus rerum futurarum, & earum impletione. Neque enim fieri potest, ut eventus rerum sua natura plane contingentium vel ex causis, vel ex signis naturalibus prædicantur: creaturæ autem non possunt eventus futuros præscire, nisi qui tempore illi in suis causis lateant, verbi gr. Solis aut Lunæ defectus. Quare fatendum est, ejusmodi vaticinia, quæ de rebus sua natura contingentibus edita fuerunt, a solo Deo primitus profecta, quippe à cujus solius decreto ipsi rerum eventus dependent: ut mirum non sit, ab ipso solo res infallibiliter præsciri, qui solus est causa rerum contingentium. Vide Esa. 41, 23 & 46, 10.

9. à miraculis V. & N. T. 15 Nona ratio latissime patet, quæ ducitur ab infinitis pene miraculis, apud alios etiam gentes, sed præcipue apud populum Dei notissimus, quibus religio vera multis seculis confirmata fuit. Ubi tametsi stupenda fuerint illa, quæ Deus per Mosen aliosque servos suos designavit; excellunt tamen ea miracula, quæ Filius Dei Jesus Christus tum immediate per se, tum mediate per suos discipulos, postquam ipse ex mortuis excitatus in cœlum ascendit, tanta potentia patravit, ut paucis annis totum prope orbem terrarum incredibili religionis studio inflammaverit. Porro principium & quasi semen omnis religionis est, agnoscere Deum esse. Item solius DEI est, vera miracula edere: quippe quæ vires totius creatæ naturæ excedunt, videlicet, cum aliquid ex nihilo creatur, vel cum substantia alicujus rei subito in aliam rem immutatur. Unde efficitur, totidem nobis exposita esse divinitatis argumenta, quot in historiis narrantur eximia miracula. Vide Psal. 86, 10. Joh. 3, 2 & 5, 36 & 10, 38 & 17, 21.

10. à consensu omnium gentium. 16 His demonstrationibus accedit universalis ac perpetuus omnium populorum consensus, qui instar legis naturæ putandus est, ut ajebat Cic. Tusc. 1. Nam fieri non potest, quin ejusmodi consensus

partim è communibus illis notitiis, quæ naturaliter omnibus sunt impressæ, partim ex certissimis ipsius Dei patefactionibus de manu in manum traditis, originem suam ducat. Sunt autem illæ notitiæ tam certæ, ut contrarium eis non possit, natura destructa, sequatur. Et consensionis illius clarissima sunt apud omnes gentes indicia, quarum nulla unquam fuit adeò fera ac barbara, quæ aliquod Numen esse agnoverit, ait idem Cicero lib. de Nat. Deor. Immò quæ gentes veri Dei notitia habitâ caruerunt, eæ etiam lapides & ligna potius coluere, atque ita se infra vilissimas creaturas abjicere, quàm Deum omnino negare consueverunt. hoc est, quidlibet potius Deum esse, quàm nullum Deum esse persuasi sunt.

19 Est autem hæc sententia: Deum esse, omnibus Naturæ luce aliquatenus perspecta, à Scriptura & Ratione evidenter approbata, à Mundo & omnibus Creaturis confirmata. Nec mirum videri debet, non deesse homines, etiam in rebus humanis cordatos, qui tantam veritatem negant, vel saltem in dubium vocare non verentur: quales olim fuisse dicuntur Diagoras Melius, Theodorus Cyrenaicus, Protagoras, imò ipse Pontifex Cotta, referente Cic. lib. 1. de Natura Deor. homines sane, ipsis etiam bestiis bis terve stupidiores, quippe quæ aliquo modo Deum agnoscunt, ut multis indicant. Vide Job. 12. 7, 8, 9. At saltem si contra conscientiam id quod sentiunt dissimulat, ipsis Dæmonibus impudentiores, quippe qui Deum unum esse cum horrore credunt. Jacob. 2. 19. Contradictio quæstionis.

20 Neque verò aliter statuendum est, eos, qui palpabilem hanc veritatem negant, justo Dei judicio propter impietatem & injustitiam suam excæcatos esse, quales Apostolus describit Rom. 1. 18. & seqq. ita ut sanâ mente destituti, apud se statuant, non esse Deum. Psal. 14. 1 nempe qui etiam cum vita sua potius, quàm lingua abnegant. Tit. 1. 16 ejusque judicium securè contemnunt. Psalm. 10 & 73. Et si interdum etiam, ut suam ipsi stoliditatem produnt, id quod intus sentiunt, vel potius sentire cupiunt, palam absque pudore profitentur, & rationibus etiam probare nituntur, de quib. antequam finiamus, aliquid addendum videtur. Theorici Atheismi.

Objectio duplex et solutio.

21 Quod igitur præcipuè [illegible] objiciunt, Deum non videri, nec ullo alio sensu percipi posse: & proinde temerè omnia in Mundo ferri, in eo stupentem suam produnt. Nam neq; anima nostra, neq; aer, neq; ventus, neq; calor, neq; frigus, neq; alia plurima videntur, neq; tamen existere negatur: & multa sunt quæ nullo prorsus externo sensu comprehendi possunt, quæ tamen certò persuasi sumus existere: quia cognoscimus ea ex eorum effectis, vel ex alia evidente ratione intelligimus. Neq; verò fortuito casu omnia oriuntur & occidunt, ut quidam olim Epicurei crediderunt: verùm admirabilis ordo, & tamen ipsa rerum humanarum ἀταξία, ab hominibus prudentibus facilè potest animadverti: qui ipsi, universum istum hunc ab una Mente aliqua gubernari, apertissimis documentis superius ostendimus, & suo loco amplius ostendemus, ubi de providentia Dei ex professo agemus.

Usus doctrinæ.

22 Usus doctrinæ est duplex: I. ut semen illud Religionis in animis nostris foveamus, nempe Naturalem seu Philosophicam illam de Deo notitiam, ac proinde ab impietate ac brutalibus voluptatibus, quibus ipsa Ratio paulatim opprimitur, & justa Dei execrationis vindicta provocatur, studiosè nobis caveamus. II. ut notitiam illam ad suum finem, videlicet, cultum Dei, referamus certò persuasi, religionem non esse ab hominibus excogitatam, videlicet ad multitudinem metu Numinis in officio melius continendam (etsi quidam eâ callidè ad suum [illegible] abusi sunt) sed naturâ & multiplici patefactione omnibus insculptam: & hac quidem duplici fine qui illam negligunt, sunt apud Deum [illegible] scelus; qui autem excolunt, [illegible] cum Deo [illegible]. Si enim Deus est, religionem aliquam, h. e. Dei cultum esse necesse est, & porrò suis cultoribus præmia, suis contemptoribus pœnas esse [illegible]. Contrà quam impiè sensit Lucret. l. 1. de Natura Rerum.

Appendix [illegible], de Usu Rationis humanæ in rebus Theologicis.

I. Dogmata Christianæ fidei Rectæ Rationi contraria non sunt: licet illorum

illarum nonnulla captum ipsius naturalem excedant. Non enim Gratia Naturam destruit, sed perficit ac praesupponit: nec divina revelatio lumen rationis extinguit, sed illustrat, atque ex obscuro & exiguo clarũ magnumque efficit.

II. *Non est igitur judicium Rationis aut Sensuum (quippe quo nullum clarius ac certius est) in rebus Theologicis simpliciter abjiciendũ, sed acriter potius exacuendum. Interim tamen cavendum est, ne sese efferat adversus aliquod DEI mysterium, quantumvis prima specie absurdum. Qua de re vide 1. Cor. 2, 14. & 2. Cor. 10, 4, 5.*

III. *Una est veritas in re qualibet; sive ea per Naturam in Philosophia, sive per Scripturam in Theologia patefiat. Quod igitur in hac falsum est, in illa verum esse non potest: nisi Deum ipsum, veritatis omnis auctorem, secum pugnare velimus.*

IIII. *Neque vero dissimilis est patefaciendi modus efficit, ut sit ipsa sibi dissimilis: sed dissimilem tantùm, vel etiã inaequalem ejus cognitionem in nobis gignit, hoc est magis vel minus claram, perfectam, distinctam, &c.*

V. *Unde efficitur, veritatem Religionis Christianae nõ tantùm posse, verum etiam nonnunquam debere (praesertim apud Atheos & Epicureos, aliosque id genus incredulos) rationibus è Natura petitis illustrari ac probari. Vide Phil. Morn. de verit. Rel. Christian. c.*

De DEO Disputatio secunda theologica.

In qua agitur de Nominibus DEI.

Propositae ad diem 29. Julii, anno 1598. Respondente

MENCONE SUTORIS ONEMAE.

THESIS I.

PRIMA *Disputatione de* DEO *ostensum fuit, Deum esse: Deinceps cognoscendũ est,* Quis *vel* Quid *sit* DEUS, *seu potiùs* qualis & quantus *sit, tum in seipso, tum in operibus suis: quatenus id quidem nobis in hac mortalitate scire fas est. Nam hic imperfecte,* [illegible]

Tractatio de nomine Dei pertinentia.

addi, & sobriè est sapiendum, & curiositas illa reprimenda. Quod autem [illegible] sit, [illegible] verbo Dei de DEO & [illegible]: Ipse enim [illegible] solus quivit de seipso testari, suamque naturam & voluntatem revelare nobis satisfacere potest.

Descriptio Dei ex sacris literis.

2 Porro ex Verbo DEI circumscriptio quaedam Naturae DEI (nam perfecta ejus definitio à nobis dari nequit, cùm sit infinita [illegible] potest) [illegible]: DEUS est Spiritus simplicissimus, immutabilis, aeternus, infinitus, summè potens, sapiens, bonus, misericors, justus & fons bonorum, liberrimus & beatissimus [illegible]. Vide Exod. 34. 6, 7. [illegible] & alia passim similia loca.

Propositio de nominibus.

3 Haec igitur circumscriptio synopsin quandam praecipuorum Dei attributorum continet, ex quibus absolutissima ejus Natura sufficienter à nobis ad salutem cognosci potest. Sed quia, cùm de rebus obscuris agitur, accurata nominum expositio non parum confert ad res ipsas intelligendum, nec praeterea temerè quaevis nomina de DEO sunt usurpanda, idcirco prius de Nomine, quàm de Natura DEI dicere volumus.

Duplex significatio nominis Dei.

4 Nomen Dei in sacris literis, vel propriè usurpatur, vel impropriè. Propriè significat quamvis appellationem Dei, quam ipse, vel hominibus aliquam suam naturam aut perfectionem sibi attribuit: sive id fecerit immediatè per seipsum, sive mediatè per sanctos Angelos, aut homines à Spiritu Sancto afflatos: prout [illegible] Scriptura est [illegible] 2. Timoth. 3. 16. De impropria significatione infrà plenius agetur.

Cautio de usurpandis [illegible] nominibus.

5 Quae igitur in aliis linguis nomina Dei usitata sunt, ea eatenus à nobis usurpari debent, quatenus aut unius aut plurium Dei nominum in Sacris literis usitatorum vim exprimunt. v. g. cùm Latini Deum vocant, vel ab Hebraeo Dai, quod sufficientiam suae naturae in [illegible] significat, vel à Graeco Δέος, quod timorem & reverentiam ei debitam notat, vel etiam à Θεῶ, quod, ut infrà dicetur amplius, praecipuè actionem et providentiam Dei designat: aut cùm Germani eum appellant Gott, quasi gut, ad significandam summam ejus bonitatem.

[illegible] cùm [illegible] indigeant [illegible] significationem denotandam, &c. Alia verò [illegible] nomina non facilè Deo sunt attribuenda, qualia nonnulla sunt apud Dionysium in lib. de nominib. Dei, & passim apud alios. Si tamen [illegible] de re ipsa satis constet, eam Dei verbo consentaneam esse, tum [illegible] [illegible] esse [illegible].

6 Etsi verò Deum nullo indigere nomine, quo ab aliis rebus discernatur, quum sit ipse in se omnino singularis, & quasi ens quoddam solitarium & incomparabile, nec ullum ei nomen attribui possit, quo perfectè ipsius Natura exprimatur (quo sensu rectè inquit Damascenus: [illegible]) nobis tamē hominib. in hac infirmitate nostra perquàm utile est praecipuorum Dei Nominum cognitio: 1. ut ex iis discamus, quid Deus non sit, cùm vocatur infinitus, absolutus, aeternus, incorruptibilis, immortalis, invisibilis. 2. ut ex iis discamus, quos affectus & [illegible] habeat erga res creatas, ut cùm vocatur bonus, misericors, verax, fidelis, creator, redemptor. 3. ut ejus naturam & admirabiles virtutes, saltem pro nostro captu, ex ipsis nominibus, velut ex umbra aliqua, cognoscamus. Quum enim nomina sint rerum signa, neq; Deus soleat temere rem aliquam signare, dubitandū non est, quin suas proprietates aliquo modo nominibus sibi à seipso impositis indicare voluerit. Triplex usus nominum Dei.

7 Et licet modus significandi in his nominibus sit imperfectus, utpote imperfectus quatenus quod illa rerum nobis notarū [illegible] modo [illegible] Deo attribuantur, tamen si rem significatam spectemus, nomina, quae Deo propriè & affirmativè tribuuntur, priùs & perfectius illi, quàm creaturis, competunt: v. g. bonus, misericors, justus, et quae in nobis qualitatem accidentalem significant, in Deo autem essentiam suam [illegible] est, illas perfectiones formaliter in Deo praeexistere, & quidem divino modo, deinde pro nostro modulo nobis communicari. Unde etiam fit, ut sacrae literae nos bonos, misericordes & sanctos esse jubeant, quia DEUS Sanctus est. Levit. 11. v. 44 & 19. v. 2. Matth. 5. v. 48. [illegible] significandi [illegible].

Praeceptum de varietate nominum Dei.

8 Neque vero multa & varia Dei nomina cum summa & perfectissima unitate & simplicitate pugnant. Nam quae nos conceptione nostri intellectus, ad summam Dei perfectionem tanto melius intelligendam, discernimus, ea non sunt re ipsa in Deo diversa, sed una Dei virtus atque essentia sunt: quare omnia [illegible] unum idemque subiectum designant.

Aliud praeceptum.

9 Nec tamen idcirco plane synonyma sunt haec varia Dei nomina, habent enim res significata extra nos revera est unica [illegible] significant, sed non sub eadem ratione seu mentis nostrae conceptione. Subiectum itaque unum quidem & idem est, quod variis nominibus designatur: ipsa tamen nomina diversas eiusdem subiecti perfectiones significant, [illegible] diversas apud nos definitiones obtinent.

Tertium praeceptum.

10 Quare nec tautologiam in iis committimus, sed utiliter ad nostrum captum multas divinae perfectionis notas colligimus, ut ex iis [illegible] [illegible] aliquo modo [illegible]. Nam [illegible], [illegible] [illegible] & [illegible] summum, [illegible] [illegible] perfectionem [illegible] nisi sub multiplici ratione seu definitione [illegible] sub alia sapientiam, sub alia bonitatem, &c.

Prima divisio nominum Dei.

11 Caeterum nomina DEI [illegible] modis distingui possunt. Primo, alia sunt, quae subiectum, h. e. ipsum Deum immediate & per se proprie significant, v. g. Iehova, Deus, Dominus: alia quae de subiecto tanquam adiuncta quaedam dicuntur, v. g. immensus, aeternus, [illegible]: illa potissimum vera DEI subsistentia, ista vero proprietates seu virtutes [illegible] indicantur. Potissimum tamquam, [illegible] [illegible], & [illegible] ipsum Deum, & illa Dei virtutes aliquatenus significant.

Secunda divisio.

12 Secundo, alia soli Deo proprie tribui possunt, v. g. aeternus, altissimus, omnipotens, immensus: alia DEO simul & creaturis, sed diverso modo, v. g. bonus, iustus, sapiens. Illa potissimum differentiam Dei a rebus omnibus creatis [illegible] perfectiones Dei prorsus incommunicabiles exprimunt: haec autem significant, [illegible] omnis boni in Natura auctorem esse, quippe quae neque univoce, neque pure aequivoce, sed analogice de DEO simul & rebus creatis praedicantur: quia rem quidem eandem utrobique significant, sed non eodem modo comparatam.

Tertia divisio.

13 Tertio, nominum, quae soli Deo conveniunt, alia dicuntur ab-

solutè, v. g. omnipotens, immensus, æternus: alia relatè ad creaturas, v. g. creator, servator, Rex regum, Dominus dominantium. Quamvis illa Deo conveniant ab æterno; ista non nisi in tempore, quo videlicet res ipsæ existunt, in quibus Deus suam virtutem & dominationem reipsa exercet. Nec tamen hoc pacto significatur aliqua propriè facta in Deo mutatio: quia relatio illa, quatenus mutationem in re ipsa factam declarat, non in Deo sed in rebus creatis fundatur: quippe quæ, mutatione sui è non esse ad esse, tanquam illi relationi præbuerunt.

14 Quarto, *nomina Dei alia sunt affirmativa, v. g. potens, sapiens, bonus: alia negativa, v. g. immutabilis, infinitus, incomprehensibilis. Illa significant, quid Deus sit, saltem aliquatenus pro captu nostro: hæc docent, quid Deus non sit, ac proinde viam ad illa priora intelligenda aperiunt. Primus enim gradus ad Naturam Dei rectè cognoscendam est, opiniones de ipsa minus verè conceptas abjicere, atque ita veritati locum parare.* Quarta divisio.

15 Quintò, *Nomina quæ dicuntur de Deo [illegible], aut propriè Deo conveniunt, v. g. Jehova, creator, sapiens: aut impropriè, per metaphoram à rebus creatis, etiam interdum vilissimis, sumpta, v. g. Taurus, Clypeus, Leo, Lapis, Ignis. Quæ tamen ista propter aliquam perfectionem rebus creatis inditam, & in Deo præexistentem, Deo tribuuntur: quo proinde non est existimandum, ea primariò & propriè significationem suam esse Deo [illegible]. Sunt enim omnes res creatæ aliquatenus Deo similes: imò Deus (ut Dionysius sic loquitur) est quodammodo omnia. Proinde potest Deus omnium rerum nominibus appellari, secundum ipsas rerum perfectiones absolutè spectatas: Sin verò eandem rerum propriam attendamus, veritate Deus nihil est rerum, quæ præter ipsum sunt, ita nullius rei nomine satis vellè vocari potest.* Quinta divisio.

16 Sextò & postremò *Nomina quæ Deo propriè simul & affirmatè attribuuntur, vel abstracta sunt, v. g. vita, lux, charitas; vel concreta, v. g. vivens, sanctus, sapiens. Illis docemur, Deum esse simplicissimum Ens & quasi meram formam, sive actum purum: istis significatur, Deum esse verè subsistentem, atque in quo verè virtutes illæ resideant. Itaque ex utrisque simul junctis absoluta naturæ divinæ perfectio clarius cognoscitur.* Sexta divisio.

1. Jehovah: Jah & Ehejeh.

18 Primum nomen Jehovah videtur soli Deo maxime proprium, quippe significans eum, qui a se ipso est, quique rerum omnium creatarum causa est, quod solius DEI proprium esse constat, Act. 17, 28. Rom. 11, 36. Unde ipse Deus hoc nomen tanquam proprium sibi vendicat. Esa. 42, 8. Amos 5, 8 & 9, 6. Huic aequipollet nomen Jah, quod saepius in Psalmis occurrit, Psal. 68, 5. & passim. Unde illa solennis laudandi formula, Hallelujah, qua olim ipsi se invicem ad Deum laudandum hortabantur. Item aequipollet huic nomini illud Ehejeh, Exo. 3, 14. quasi dicas, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, qui est, & qui erat, & qui futurus est, ut dicitur Apocal. 1, 4. Est enim solus Deus omnis originis expers, ab aeterno in aeternum existens, ex quo sunt omnia, quique omnia decreta & promissa sua tandem facit existere. Quo posteriore sensu potissimum negat Deus, antiquis illis Patriarchis nomen suum Jehovae notum fuisse. Exod. 6, 3. quia scilicet promissa sua, quae illis dederat de possidenda terra Canaan, viventibus illis nondum implevisset.

Quomodo & quatenus creaturis attribuatur hoc nomen.

19 Est vero hoc nomen quatenus de Deo per excellentiam significat, omnino est ἀκοινώνητον, ut inquit Damascenus, & Dei quasi substantiale: quod Judaei etiam pro sua superstitione putant esse ineffabile. Tamen nonnunquam in S. literis etiam rebus creatis attribuitur, nempe metonymice, quatenus illae res Deum sive Dei praesentiam & favorem singulari quadam ratione in memoriam revocabant. Sic altari a Mose extructo, item arcae foederis nomen hoc tribuitur. Exod. 17, 15. Psal. 24, 7, 8. & 47, 6. Sic Angeli, tanquam DEI legati, et pro [illegible] persona eius qui [illegible] referentes nomine eius insigniuntur, Genes. 16, 13. & 18, 14. [illegible] & 19, 24. & alibi passim. Vide etiam Exod. 3, 2, 4. Jud. 13, 22, 23. Quanquam alii malunt haec loca de Christo interpretari, quasi qui jam tum praeludia futuri muneris exhibere voluerit, atque ita Angelus Jehovae simul & Jehova ipse fuerit.

2. Elohim, Eloah.

20 Secundum nomen Elohim denotat vim seu potentiam DEI, qualem in creatione rerum exseruit. Gen. 1, 1. & seqq. per totum caput.

Et plurale est, ad significandum illius potentiæ magnitudinem & copiam: vel, ut aliis placet, ad mysterium pluralitatis Deitatis personarum indicandum. Qua de re consulendi sunt illi literarum interpretes, præsertim Hebrææ linguæ periti, inter quos est aliquis, qui rationibus aliquot allatis posteriorem istam sententiam refellunt. Verum numinis istius singulare Eloha rarius usurpatur. Hab. 1. 12. & 13.

21 Hoc nomen in S. literis proprie quidem DEO tribuitur, non tamen ut omnino proprium, sed ut appellativum & communicatum aliis. Quanquam non ... ut paulo ante solum DEI proprium est. Aliquando frequenter tribuitur sanctis Angelis, item judicibus & magistratibus, Psal. 8, 6. & 82. 6. & 97. 7. & 138. 1. item Exod. 21, 6. & 22, 28. quia nimirum Deus imperium & potestatem quandam excellentem iis communicat & singulis attribuit, ita ut ipsi ratione officii, sibi demandati, Dii quidam esse videantur: sicut exponit ipse Christus Joan. 10, 34. 35. 36. ubi argumento minori ostendit, se minime blasphemasse, quod se Dei filium adeoque Deum esse dixisset; quum etiam Reges & Judices, longe videlicet ipso inferiores, Dii & filii Dei vocentur. Quatenus creaturis datur.

22 Tertium nomen est Adonai, h. e. Dominus vel Dominator meus. Psal. 2, 4. Esaiæ 6, 1. quod à fundamento sic dicitur: quia tota creatura innititur Deo, velut domus aliqua suæ basi aut fundamento innititur. Est enim Deus absolutus & supremus omnium Dominus, à quo reliqui omnes, qui vel in cœlo vel in terra dominium aliquod obtinent, tanquam vasalli dependent. Unde etiam Dominus dominantium & Deorum passim appellatur. Cum autem de Christo nomen hoc prædicatur, ut Psal. 110. 1. significatur ejus peculiare dominium in Ecclesiam, quod, quatenus Mediator est, à Patre accepit, ut videre est Act. 2, 36. & 5, 31. & 10, 36. 42. Rom. 14, 9. Phil. 2, 9. 10. 11. & alibi passim. 3. Adonai.

23 Quartum Dei nomen est El, sive El-Schaddai, quod fortem, potentem & sufficientem significat, q. d. [illegible]. Gen. 17, 1. & 28, 3. quia solus Deus sibi & aliis ad omnia sufficit, ipse nullo 4. El & El Schaddai.

[illegible]

pendens, nullius indigens, Act. 17, 24, 25. Nam El per se declarat fortem & viribus præditum. Schaddai autem significat eum, cui sufficientia sive copia & abundantia bonorum omnium adest. Quare utraq; nomina conjuncta Deum omnipotentem optimè exprimunt, ut sic nusquam facta esse creaturæ attributa invenitur. Plurale Elim etiam Angelis tribuitur, Exod. 15, 11. quippe qui robusti & fortes sunt, & quasi Dii quidam cælestes. Similiter hominibus quoq; potentia prævalentibus idem hoc plurale attribuitur.

Θεὸς. 22 Quintum Dei nomen in N.T. usitatissimum est θεὸς, quod vel à θέειν dicatur, quia Deus omnia penetrat, & per omnia quasi discurrit omnipotentiæ suæ virtute: vel à θεᾶσθαι, quia omnia cernit, & sua providentia omnibus prospicit: vel ab αἴθειν, quia est instar ignis, quia ipse totus est lux, & habitat lucem inaccessam, 1. Joan. 1, 5. 1. Tim. 6, 16. Atq; hinc Latinum illud DEUS, plerique profectum esse putant, quod tamen alii ab Hebræo Dai, alii à Græco Διὸς, alii aliunde derivare solent, ut supra diximus.

Κύριος. 23 Sextum nomen est κύριος, quod ab authoritate & dominio sic dicitur, quia solus Deus habet supremam κῦρος in omnia, quippe à quo creata sunt omnia, cum ipse sit à seipso. Atq; hinc factum est, ut Septuaginta V.T. interpretes vocem Jehovah ubiq; voce κύριος reddiderint. Nisi quis inde potius factum esse existimet, quòd Hebræi superstitiosè pro Jehovah legant Adonai, quod propriè Dominum significat. (Nam Elohim pro Jehovah tum demum legunt, cùm aliud DEI nomen præcesserit.) Vide Deut. 3, 23, 24.

Quomodo utrumque hoc nomen creaturis tribuatur. 24 Porrò quia hoc utrumq; nomen ab actione sive officio, itemq; adjuncta majestate ducitur, hinc fit, ut multi dicantur Dii, itemq; Domini in cœlo & in terra, non modò falsò, ut idola, sed etiam verè, ut Angeli, item reges & judices terræ. Vide 1. Cor. 8, 5. ita ut nonnunquam homo hominis alterius Deus esse dicatur, nempe respectu alicujus singularis ac divini officii. Quo sensu Moses dicebatur Deus

Aaronis,

Aaronis, Exod. 4, 16. eadem ſcilicet, qua Joſephus vocabatur Pater Pharaonis, Gen. 45, 8. quia nimirum ut hic factus fuit à DEO Dominus familiæ Pharaonis, & dominator totius Ægypti, ita ille præfectus fuit Aaroni in omnibus, quæ ad impoſitam legationem [illegible] pertinebant. Quanquam [illegible], item [illegible], cum articulo, neſquam fortaſſis in S. literis de homine aut angelo uſurpatur, ſi eorum tum ſubjecti, non prædicati locum vice ejus obtinente.

25 Reliqua DEI nomina, quæ in V. vel N. T. occurrunt, majori ſunt expedita, quippe quæ vel appendices ſive epitheta quædam ſunt [illegible] modi explicatorum, vel relationem quandam DEI ad creaturas ſignificant: v. g. cum dicitur Jehovah Zebaoth, h. e. exercituum, quia omnis creatura, velut inſtructus exercitus, illi ſerviunt: item cum vocatur Heljon, [illegible], Excelſus ſive Altiſſimus, quia celſiſſima eſt ejus majeſtas, & in loco excelſo, nempe in cœlo habitare perhibetur: item cum nominatur [illegible] ſive [illegible], quia [illegible] quaſi domus eſt, in qua ipſe omnia præſentia ſua [illegible]: cum denique appellatur Sanctus Iſraelis, Deus gloriæ, Creator, Redemptor, Rex, Dominus, & Pater noſter. & ſi quæ ſunt alia [illegible], paſſim in Scripturis obvia.

Appellationes [illegible] Dei [illegible].

26 Et hactenus quidem de Nomine DEI propriè dicto. Impropriè ſumitur Nomen DEI pro ejus gloria, poteſtate atque imperio, atque adeò pro ipſo DEO: v. g. quoties in S. literis jubemur Nomen DEI ſanctificare, aut invocare item, aliquid in nomine DEI facere: aut cum ipſe Deus aliquid facere dicitur propter Nomen ſuum. Nam ſanctificare Nomen DEI eſt, Deum ipſum in ſua majeſtate & gloria rectè cognoſcere & celebrare. Confer Matth. 6, 9. Rom. 2, 23. 24. 1. Pet. 1, 14. 15. Sic invocare Nomen DEI, & diligere Nomen DEI, paſſim dicitur pro invocare & diligere ipſum Deum. Pſal. [illegible] & [illegible] Joel. 2, 32. Eodē ſenſu inquit Deus, ſe propter nomen ſuum, hoc eſt propter ſeipſum aut propter gloriam ſuam peccata noſtra expiare, ſive iram ſuam à nobis avertere, Eſa. 43, 25. & 48, 9. 11. quia nimirum à ſua mera bonitate impul-

Quid ſit nomen Dei ſanctificare, invocare, [illegible].

sic nulla nostra merita praeveniente nobis parat, qua gloriam bonitatis & misericordiae suae iam a nobis adipiscatur.

Quibus, in nomine Dei quid-quam facere 29. Porro nos aliquid in Nomine DEI facere tripliciter dici possumus. Primo, cum aliquid facimus ad DEI gloriam & laudem. Conf. 1. Cor. 10, 31. Col. 3, 17. Secundo, cum fiducia divinae gratiae & auxilii aliquid aggredimur. Vide Psal. 20, 6, 8. 1 Sam. 17, 45. Tertio, cum ex mandato DEI, & potestate ab ipso accepta, aliquid facimus: quemadmodum Christus se venisse in Nomine Patris sui Joan. 5, 43. quemadmodum etiam Apostoli in Nomine Christi poenitentiam & remissionem peccatorum annunciabant Luc. 24, 47. 1 Cor. 5, 4.

Primus sensus in quos competat. 30. Unde etiam apparet, non omnium esse, facere aliquid in Nomine DEI. Nam quod ad primum sensum attinet, omnium quidem hominum est, omnia facere ad gloriam DEI, [illegible] eorum, quae omnes tenentur Deum timere, ejusque praecepta custodire, Eccles. 12, 13. sed non omnes id vere facere solent aut etiam possunt: quia plerique aut non agnoscunt, quae DEI gloriae serviunt; aut non eo animo & modo agunt, quo debent. Soli autem fideles facere id solent & possunt, & pluribus etiam nominibus quam alii, facere id tenentur, quippe multiplici jure DEO obstricti.

Secundus quibus conveniat. 31. Quod ad secundum sensum attinet, eorum demum est, aliquid facere in fide seu fiducia Nominis DEI, qui de voluntate, h. e. praecepto & promissione DEI sunt persuasi. Nam quicquid fit sine fide, hoc est, dubitante conscientia, peccatum est, Rom. 14, 23. Et quia pleraeque promissiones DEI sunt conditionales, sequitur, eos solos, qui requisitas a DEO conditiones implent, niti promissionibus: quamvis aliqui in genere omnes DEO confidere, ejusque fiducia quidquid ad vocationem ipsorum pertinet, aggredi teneantur.

Tertius ad quos pertineat. 32. Denique in tertio sensu facere aliquid in Nomine DEI, eorum demum est, qui divinitus ad obeundum aliquod munus in Ecclesia vel

Reipubl.

nes vel in œconomia publica sunt vocati [illegible] patrumfam. [illegible] minis-strorū verbi, & magistratuū quorū est pro[illegible] providere, ut vitiatis sua potestate legitime utantur, hoc est, ex voluntate solius DEI, non propria libidine, aut carnis impetu illam exerceant, Vide Rom. 13, 1. & deinceps. 1. Pet. 5. [illegible] & 5, 2. 3.

12 Usus huius posterioris distinctionis est, ut omnes & singuli causas & actiones suas coram DEO [illegible], sive in generali vocatione, qua Christiani sumus, sive in speciali vocatione Ecclesiastica, aut Politica, aut Oeconomica: nempe sciamus, omnia negotia nostra esse Nomine DEI suscipienda, promovenda & finienda, ac proinde nihil agendum esse, quod non simus persuasi DEO placere, hoc est, ab ipso vel præceptū, vel saltem permissum seu concessum esse, quod non aggrediamur [illegible] divino auxilio, quod dirigat nos ad laudem & gloriam DEI referamus. Usus huius partis.

Disputatio Tertia, De DEO,

Nempe de Natura DEI in genere.

Proposita ad diem 4. Augusti, Anno 99.

Respondente

HENRICO WEINGARTEN, Bedanus.

THESIS I.

HACTENUS de Nominibus DEI actum est: Sequitur ut de Natura ejusdem videamus. Transitio.

Vox Natura de DEO in Sacris literis usurpata, plerumque significat [illegible] naturalē & essentialem Dei Proprietatē, & Significatio vocis.

sive propriam DEI vim ac qualitatem, qua ipse distinguitur ab aliis rebus omnibus, qua non sunt natura Dii, Gal. 4. 8. Aliquando tamen latius accipitur, ad significandum aliquem DEI effectum, sive aliquã [illegible] DEI similitudinem: quo sensu fideles dicuntur naturae divinae participes, 2. Pet. 1. 4.

Definitio Naturae Dei. 2 Natura igitur DEI propriè dicta, est simplex, infinita, & viva DEI essentia, per quam DEUS est id, quod est, & secundum quam [illegible] nulla ratione cum aliis communi- [illegible] Natura DEI non satis aptè tribu- cari possit [illegible] quamvis ipsa vox Natura DEI non satis aptè tribu- tur, [illegible] hactenus tamen satis usitata est, ad indicandam propriam DEI vim ac potestatem, seu ut ita dicam, [illegible] quatenus generali quodam sensu unaquaeq; res suam peculiarem naturam habere dicitur. Hanc igitur deinceps ita declaramus ac probamus.

1. Simplicitas Dei. 3 Primò, Natura DEI simplex est: quia ipsa incorporea & immaterialis est, atque purus actus, seu mera forma, nihil admixtum habens contrarietatis aut passivae potentiae. Nam quicquid est, id absolute est; & quae multa, mobilia ac varia esse videntur, in DEO u- [illegible] sunt. Nec enim constat ex diversis partibus aut principiis inter se commixtis; neq; ex materia & forma; neq; ex actu & potentia, neq; ex subiecto & accidente compositum est: quamvis in sacris literis & partes corporis & affectus humani per metaphoram ei tribuantur.

2. Immutabilitas Dei. 4 Secundò, Natura DEI immutabilis est: quia neq; respectu substantiae oritur aut interit, neq; ratione quantitatis augetur vel minuitur, neq; in qualitatibus alteratur ullo modo, sed eadem semper est, & quidem necessario, ex necessitate ipsius naturae: quia quicquid ipsa est, id non potest non esse. Hinc rectè dicatur DEUS ἄφθαρτος [illegible] Rom. 1. 23. 1. Tim. 1. 17. & [illegible] Iac. 1. 17.

[illegible] 5 Quare nec in compositionem alterius rei venire potest, ut eius vel materia vel forma sit, sed extra & supra res omnes existens, [illegible]

omnium

omnium effectum ac finis esse intelligitur. Rom. 11, 36. Nam tametsi res omnes in DEO sunt, & vicissim Deus in illis; [illegible] essentialis neque aliquam efficitur. Unde id, quod Deus Anima mundi à Platonicis appellatur, commodè explicandum esse apparet.

6 Tertio, Natura DEI individua sive numero una est: expers omnium multiplicationis ac divisionis. Nam quod summè est perfectum, & beatum, ac simplex, idem summè unitum esse oportet: quum virtus unita fortior sit seipsâ dispersâ: & quod simplicissimum est, id individuum atque uniforme sit: & summa beatitas necessariò monarchiam includat. Quo sensu sacra litera testantur, unum esse Jehovam, sive Deum altissimum. Deut. 6, 4. 1 Cor. 8, 6. 1 Tim. 2, 5. Gal. 3, 20. & alibi passim. Atque hinc ruit & Ethnicorum polytheismus, & quorumvis aliorum, plures Deos, sive plura rerum principia activa & coaeterna statuentium, error evertendus est: quippe qui ex Scriptura & Ratione naturali apertè refutantur. 3. Unitas & singularitas Dei.

7 Praeterea infinita est DEI Natura, tum tempore, tum loci positione. Tempore aeterna est, hoc est, omnis principii ac finis expers nullamque successionem innovationem temporis experiens. Unde rectè appellatur Deus [illegible] sempiternus, habitans aeternitatem, qui semper fuerit, sit & futurus sit. &c. Nam propriè dicta aeternitas, est duratio sine principio & fine carens, (sive, ut Boetius eam definivit) est interminabilis vitae tota simul & perfecta possessio. Vide Genes. 21, 33. Psal. 90, 2, 4. Apoc. 1, 8. Vide etiam Dan. 7, 13. de antiquo dierum, h.e. antiquissimo sive aeterno DEO. 4. Infinitas.

8 Loco [illegible] immensus est, quia magnitudinis ejus nulla est investigatio, quia caelo sit excelsior, terrâ longior, ac mari latior, Psal. 145, 3. Job. 11, 7, 8, 9. Atque hinc peculiari nomine vocatur Deus Amplus sive Magnus. Job. 36, 26. & 37, 23. Nec tamen instar corporis [illegible] immensum spatium dimensive per partes extenditur, aut in [illegible] aliqua [illegible] sed totâ suâ [illegible] ubique praesens est, [illegible] omnia contingat ac contineat. Vide Psal. 139, 7, 8. 5. Immensitas Dei.

1. Reg. 8, 27. Jerem. 23, 23, 24. Esa. 66, 1. Act. 7, 49, 50. & 17, 27, 28. quib.
locis docetur, Deum ubiq; sive omnibus in locis adesse, coelum & terrā
implere, & coelum pro solio, terram pro scabello pedum habere, nec coelo
coelorum, nedum templo manufacto contineri, denique ne longe ab uno-
quoq; nostrûm abesse, quippe in quo simus, vivamus & moveamur, &c.

[illegible] gradibus praesentiae Dei.

9 Varii tamen gradus sunt divinae praesentiae, pro varietate mani-
festationum atq; operationum in rebus creatis. Nam aliter in coelo tā-
quam in aula regia est Deus, aliter in terra, Matth. 6, 9. Aliter in
medio eorum est, quos sua praesidio erigit, aliter eorū, quos deserit. Num.
14, 42. Aliter denique est in sanctis ac fidelibus, aliter in impiis. 1. Cor. 3,
16. & 2. Cor. 6, 16. Sic venit ad nos Deus benefaciendo, recedit a nobis
gratiam & auxilium subducendo. Psal. 10, 1. 2. & 22, 1. 2.

6. Vita & energia Dei.

10 Postremo viva & actuosa est DEI Natura, quippe quae non tā-
tum extra se omnia movet & agit, sed etiam in sui ipsius contempla-
tione ac fruitione perpetuo sese occupat. Unde Deus vivens saepissimè
in sacris literis appellatur, qui coelestis ac mortalibus idolis opponitur. 1. Sam.
17, 26. Matth. 16, 16. Act. 14, 15. Hoc tamen, quoniam aliter fieri potest,
ut in perfecta sapientia, potentia ac bonitate in DEO, suam vim & en-
ergiam, uno eodemq; immutabili actu, semper exerant. In DEO in-
quam: quum extra Deum nihil agatur ex absoluta naturae necessitate,
sed omnia pro liberrima arbitrii divini libertate. Psal. 115, 3. Apoc. 4, 11.
quemadmodum ex sequ. Disputationibus clarius apparebit.

7. Perfectio Dei.

11 Ex dictis perspicuè videre est, Naturam DEI prorsus esse perfe-
ctam, & omnibus numeris absolutam: quia entium omnium est primum
& simplicissimū, nihil aliunde petens aut participans ad sese perficien-
dum. Imo omnium rerum perfectiones eminenter & efficienter in se
continet, quippe quae omnes ab illa potissimum emanent. Vide Act. 17,
25. Rom. 11, 36. Jac. 1, 17.

8. Beatitudo Dei.

12 Porro hinc etiam beatitudo DEI aliquo modo cognosci atq; ae-
stimari potest. Nam quum talis sit, qualem hactenus descripsimus, nem-

mi-

modo malis contaminaret, nec mali quidquam sibi metuit: sed & bonis omnibus semper affluit, suæque bonitatis ac perfectionis affluentiam optime novit, & perpetuam inde voluptatem percipit. Ita ut merito Apostolus Deum appellat beatum & solum principem. 1. Tim. 6, 15. Est enim beatitudo (definiente Boethio) status omnium bonorum aggregatione perfectus.

13 Ac talis quidem in genere est DEI natura proprie dicta: scilicet eadem quam necessario agit, quæque illud agit, & præstat aut omittit, quam aliud agere potest quam ipse non possit seipsum negare. 2. Tim. 2, 13. Quemadmodum enim omne agens necessario agit juxta suam formam: ita & Deus necessario operatur juxta suam naturam, per quam ipse est id quod est. Quum autem per naturam sit potens, sapiens, bonus, ac justus, non potest quicquam impotenter, aut insipienter, aut male, aut iniuste operari, quam necesse sit convenienter Naturæ, ut efficientem causam, sive ut regulam & normam suam respondere. Natura Dei est qua ipse operatur.

14 Neque tamen hæc necessitas perfectioni aut beatitudini divinæ quicquam derogat: quum non sit necessitas coactionis, sed naturæ, sive immutabilitatis. Neque libertatem arbitrii divini in iis quæ fiunt extra Deum, tollit; sed tantum contingentiam a natura ipsius divina excludit, ut quod contingenter esse & non esse [illegible] aliquem in illa habere. Nam neque adeo perfectum est Deus in se ipso, ut non possit non talis esse qualis est, neque possit ea non perpetuo & eodem modo velle, quæ de se ipso vult. Et licet extra se omnia libere agat, ita ut nihil aliter [illegible] non operari possit: nihil tamen nisi convenienter suæ naturæ agit aut agere potest. Beatitudini [illegible] in natura [illegible]

15 Neque hoc sensu recte dicitur natura esse in DEO esse absolute necessaria, quæ [illegible] per liberam ejus voluntatem sunt, nisi ex hypothesi: [illegible] illa esse priora, hæc posteriora illa non habent [illegible] aliquam [illegible] habere: [illegible] esse, ut [illegible] non esse, hæc [illegible] esse possint non esse [illegible] voluntatem [illegible] perpetuo [illegible] modo [illegible] necesse habere. Neque quia voluntas [illegible] quam sit ipsa Natura [illegible] omnia libere [illegible] ad [illegible] extrinsecus est. Conveniat cum libertate [illegible]

Natura Dei [illegible] incommunicabilis.

16 Ex quibus omnibus tandem apparet, hanc naturam DEI cum aliis prorsus non posse communicari, neque totam, neque ex parte. Non totam: quia multiplicari non potest, neque [illegible] quod non semper fuit, nec desinere esse quod semper fuit. Neque ex parte: quia dividi aut à se ipsa distrahi non potest, propter summam suam perfectionem ac simplicitatem. Quicquid autem Deus cum aliis de suo communicat, quantumvis excellens ac praestans sit, effectum DEI est, seu [illegible] ac donum creatum, non haec natura, aut naturalis aliqua proprietas. Quare nec ipsi quidem Christo ut homini, Naturam sive essentiam Dei sive essentiales proprietates communicatas esse dicimus, et realiter in eum effusas esse, & subjective ipsi inhaerere, sed excellentissima dona, & amplissimam, imo suo modo divinam potestatem ei datam esse ac [illegible] quo nimirum sensu dicitur, propter obedientiam ac passionem [illegible] datum esse ei nomen supra omne nomen, omnemque potestatem in coelo & terra. Matth. 28.18. Phil. 2.9,10. Hebr. 2.9,10. & passim alibi.

Quomodo [illegible] sit communicabilis.

17 Interim fatemur, ejusmodi aliquid excellens donum ac divinum effectum, naturam DEI appellari posse, sed improprie, propter similitudinem seu convenientiam illius effecti cum natura DEI: quae convenientia quanto major est, tanto [illegible] effectus illi nomen divinae naturae [illegible] tribuatur. Quae enim propius aliqua res ad DEI naturam accedit, [illegible] fit divinior: sicut illustriora redduntur, quae Soli propius [illegible]guntur, & calidiora, quae plus caloris sive ignis participant, &c.

Variis gradibus participabilem naturam Dei.

17 Porrò quia DEUS ex libera voluntate, sive ex gratia aut beneficentia, non autem ex necessitate, dona sua cum aliis communicat, hinc varii gradus illius communicationis existunt. Primus est modo essentiae. Nam quia Deus omnibus rebus formale quoddam esse dat, atque ita suae essentiae sive existentiae similitudinem iis imprimit, merito res omnes ex Deo esse dicuntur, Roman. 11.36. 1 Cor. 8.6. Secundus est rationis & intelligentiae. Nam quia hominibus intelligentem animam dedit, & simul imperium in alias creaturas attribuit, Gen. 1.26. & 27. atque ita suae sapientiae et potestatis effigiem illis indidit, recte genus seu progenies Dei

[illegible]

omnes homines vocamur. Act. 17, 28. Tertius est iustitia & sanctitatis. Nam quia fideles per Spiritum S. ad verum iustitiam & sanctitatem formantur, sua homines imaginem ingenerat. Eph. 4, 24. Col. 3, 10. recte dicere DEO esse, itemque in DEU mari seu gremio divinum [illegible] Ioh. 1, [illegible] & 1, 47. Ioh. 1, [illegible] & 1, [illegible]. Quartus est immortalitatis, item potestatis ac gloriae caelestis. Nam quia in futura vita similes ipsi reddemur in immortalitate & gloria, Ioh. [illegible] adserere divinae naturae ipsum participes futuri. 2. Pet. 1, 4. In quo gradu summa [illegible] veritate Apotheosis sive Deificatio. Ut iam nihil dicam de divinitate cum Angelis & magistratibus communicata, propter quam illi passim Dii & filii DEI in S. literis appellantur, sicut praecedente Disputatione de Nominibus DEI ostendimus.

13 Porrò ex ista convenientia [illegible] cum natura DEI, neque intelligenda est identitas essentiarum & naturarum, neque alterum absoluta aut naturalis necessitas. Non enim simile est idem: neque ullus effectus externus naturali necessitate à DEO emanat. Quod si aliter statuerimus, duo maxima absurda consequentur. Primo enim verum Deum perpetuò ignorabimus, quia nullum erit discrimen inter Deum & Deos quos, inter creatorem & creaturas, denique inter causam & effectum. Deinde universa religio funditus everteretur, quia nec fides, nec spes, nec obedientia erga Deum, neque denique precibus ullus locus relinqueretur: siquidem frustra speraremus vel metueremus, peteremus vel deprecaremur ea quae Deo sunt naturalia, quaeque quia necessario & semper, & eodem modo fiunt, sive nos ea speremus, sive non speremus, sive petamus, sive non petamus, &c.

Divina natura [illegible]

14 Quarto ne vitabimus homonymia in re tanti momenti decipiamur, sciendum est, quoties nomina divinarum proprietatum effectis sive operibus divinis attribuuntur, verbi gratia, cum Evangelium vocatur sapientia & potentia DEI, item cum remissio vel punitio peccatorum, seu retributio praemii vel poenae appellatur iustitia aut misericordia DEI, stetisse in ipsis effectis insignem quidem

[illegible] Dei [illegible]

aliamve, vel saltem in se [illegible] cum qualitatibus illis suis proprietatibus divinis, quarum ratione [illegible] sic tamen, ut effecta haec neque eadem sint cum illis qualitatibus, neque naturali necessitate ab eis, sicut ab ipso DEO profluant.

Regula discernendi na- [illegible]

21 Certissima autem Regula discernendi Naturam DEI seu mutuo eius proprietates, ab externis illius effectis, consistit in observatione eorum, quae habemus de natura DEI, tum propriè, tum impropriè dicta disseruimus. Quae regula ut planius percipiatur, sequentia [illegible] non parum profuerit observare: quippe ex quibus apparebit, diversas, imo adversas esse utriusque rei conditiones, quamvis etiam plures annotari possint, quam hic annotatas esse videmus.

Prima animadversio.

22 Primo, essentiales DEI proprietates ita sunt perfectae, ut nihil iis accedere, nihil decedere possit. Non enim potest, v. gr. potentia aut sapientia, aut bonitas DEI in seipsa maior aut minor fieri, nisi Deum mutabilem efficiamus. At effecta, quae Deus extra se operatur, sunt illa quidem perfecta in suo quoque genere; sed quibus semper aliquid accedere vel decedere possit. Nihil enim est in hoc creatis ull[um], quod [illegible] additionibus aut detractionib. variè mutari possit.

Secunda animadversio.

23 Secundo, proprietates DEI ita simplices atque uniformes sunt, ut omnem multiplicitatem et diversitatem penitus inde abesse oporteat, sicut etiam ipsa simplex atque indivisa DEI essentia. At effecta DEI varia ac diversa sunt, imo saepe inter se contraria, v. gr. servare & perdere, parcere & punire, illuminare & excaecare, &c.

Tertia animadversio.

24 Tertio, proprietates DEI sunt immutabiles ac semper eaedem. At effecta DEI mutabilia sunt, & progressu temporis alia atque alia, imo eodem saepe tempore, atque in eodem genere actionis, circumstantiis aliquibus forte mutatis, admodum diversa: sicut in ira, vel gratia, amore vel odio DEI erga homines apparet.

Quarta animadversio.

25 Quarto, proprietates DEI sunt absolutè necessariae, ita ut non possint aliter se habere vel operari, quam quomodo se habent &

operantur

operantur. At effecta DEI libera sunt, quæ vel aliter se possunt habere quàm habent, vel etiam omnino non esse id quod sunt. Sic effecta DEI, ira, pœnitentia, & cætera: misericordia seu actualis misericordia DEI nunc adest, nunc abest, nunc maior, nunc minor est.

26 Quintò, proprietates DEI ita sunt æternæ, ut omnis principij & finis sint expertes, nec ab ulla antecedente causa dependeant. At effecta DEI, tametsi nonnulla ante creationem mundi producta sunt, (puta libera DEI decreta) non tamen omnis principij expertia sunt: quippe quæ pendent ab antecedente causa, eâque libera, hoc est, tali, quæ potuerit illa effecta non producere. Deinde progressu temporis inchoantur, & successivè perficiuntur, atque tandem finiuntur, nempe quæ huius seculi propria sunt. Quinta antithesis.

27 Sextò, proprietates DEI omnes sunt immensæ atque infinitæ, eâque ratione magnitudinis prorsus inter se æquales. At effecta DEI, licet aliquando maxima sint nobisque incomprehensibilia, sunt tamen omnia finita ac terminata, & respectu magnitudinis inter se inæqualia. Sic dicitur Deus tardus ad iram, & multæ misericordiæ, h. e. multò libentiùs parcere, quàm punire, &c. Sic patientia ejus diu quidem durat, sed tamen terminatur, ut videre est apud Mosen in Psal. 90. Sexta antithesis.

28 Septimò, proprietates DEI (in ipso etiam DEO tanquam in obiecto) actiuæ sunt, & quidem eodem modo, ab æterno in æternum. At effecta DEI nunquam occupantur in ipsa DEI essentia, sed extra Deum exercentur, & quidem variè & inæqualiter. Atque hinc apparet, iram, odium, pœnitentiam, & alia ejusmodi, quæ actionem quandam DEI significant, sed quam ipse erga seipsum exercere non potest, ad effecta, non ad idiomata DEI essentialia pertinere. Septima antithesis.

29 Octavò, proprietates DEO verè insunt, & quidem per se, quoniam ex naturæ necessitate ipsa sunt ipsa DEI essentia. Effecta autem aut nullo modo, aut tantùm per accidens sunt in DEO, quatenus hoc illi accidit, ut in mente seu voluntate DEI resideant, quā Octava antithesis.

[illegible] consistere. Loquuntur autem de proprietatibus seu de-
cretis DEI, [illegible] aliqui ipsa effecta, quoad promulgationem
atque exsecutionem, sunt propriè & simpliciter extra Deum.

Ratio discriminis.

10 *Nam proprietates DEI nam aliis ex ipsa communicari non*
possunt, neque toto, neque ex parte. Effecta autem utroque modo commu-
nicari possunt, si modo sit, cui communicari possint, absque contra-
dictione implicatoria. Sunt enim quaedam, quae non nisi immediatè
ab ipso DEO fieri possunt, v. gr. quod ab aeterno hunc vel illum praede-
stinaverit, [illegible] ab initio [illegible] creaverit, cum praeter ipsum nemo esset,
[illegible] creandi, vel efficiendi haec talia communicari possit.

[illegible]

11 *Postremo proprietatibus suis, h.e. [illegible], adeo [illegible],*
& (si ita loqui licet) astrictus est Deus, ut nihil contra vel praeter eas
agere possit, sed necessariò in omnibus operibus suis earum rationem
habeat. Nam quae DEO naturalia sunt, eorum vestigia in quovis
DEI effectu appareant, aut saltem manifestè appareant: quum ipse suae natu-
rae [illegible], h.e. vel promovendo vel exsequendo, [illegible]
obligatus. At effectis suis nequaquam est astrictus, nisi quatenus ipse
liberè sua voluntate se astrinxit, quemadmodum promissis suis debitor.
Quod autem fuit liberae voluntatis, postea fit necessitatis.

Epilogus.

12. *Haec igitur omnia bene, quae ex S. literis & ipsius rei, de qua agi-*
tur, natura evidentissimè collecta sunt, si ea, quae DEO passim [illegible]
[illegible] de causis per varios tropos attribuuntur, prudenter accommo-
daverimus, facilè nos ex multis difficultatibus expediemus.
Et quae, & qualis sit altissimi aeterni ac beati DEI
Natura, quantum nobis in hac vita scire fas
est, plenius ac clarius intelligemus.

Disputatio

DISPUTATIO IV. DE DEO.

Quae est de Omnipotentia DEI.

Proposita ad diem 25. Augusti anno [illegible]. *Respondente* CHRISTIANO [illegible] *Tecklenburgensi.*

THESIS I.

NUPER *in genere de Natura* DEI *disputatum est. Deinceps in specie praecipuae illius proprietates sunt considerandae. Harum aliae sunt veluti agendi principia, tum in* DEO, *tum extra Deum: ut potentia, scientia, voluntas & potestas: aliae veluti affectus & qualitates* DEO *eiusque actionibus inhaerentes, ut bonitas, misericordia, iustitia, amor, &c.* Transitio a dictis.

2 *Potentia autem primo loco est consideranda, quippe in qua veluti* [illegible] *omnium efficacia consistit. Nam quidquid Deus facit per Naturam, siue per liberam voluntatem extra se* [illegible] *vel praestando, vel cognoscendo, &c. id omne ideo operatur, quia operari potest.* [illegible]

3 *Vox potentiae nihil aliud hic significat, quam potentiam, ut* [illegible] *loquar, h.e.* [illegible] *vim, virtutem, fortitudinem ac robur, quo quis ad agendum instructus est. Quare distingui debet a potestate, quae* [illegible] *& quae nihil aliud quam auctoritatem & ius agendi denotat, de qua suo loco disserendum erit.* [illegible] *habent* [illegible] *tamen* [illegible] *&* [illegible] *habent, qui illa carent.* Potentia a potestate [illegible]

4 *Deinde distinguenda est* [illegible] *seu activa potentia* [illegible] *passiva. Nam illa quidem* [illegible] [illegible]

arguit, idq; vere in DEO residet, quia & qui omnia, quaecunq; vult, facit. Sed non quia imperfectionem aliquam, nempe aptitudinem quandam patiendi, sive debilitatem [illegible] aliunde suscipiendi, significat, nullum in DEO locum habet, quippe qui nihil a quoquam pati, aut vere [illegible], seu participare possit. Hunc respectu vere [illegible] [illegible]. Itaque respectu maxime dicitur [illegible]. Dicitur enim omnipotens, faciendo quod vult, non patiendo quod non vult, inquit August. lib. 5. de Civit. DEI, cap. 10.

Definitio potentiae. 5 Est igitur potentia Dei, infinita illa vis seu virtus divinae essentiae ac voluntatis, per quam Deus non modo in seipso potenter agit ex naturae necessitate, verum etiam extra se quidquid vult ipse facit, et plura quam vult semper facere potest, quaeq; nullam resistentiam aliunde vel patitur, aut pati potest.

Nomina eius. 6 Hoc igitur sensu Deus passim in V. T. appellatur Elgibbor, h. e. Deus fortis & robustus, Ite. Elschaddai, h. e. Deus sufficiens, sive cujus dextera robusta, & brachium forte est, & cui semper vires ad quidvis agendum sufficiunt quae omnia potest. Vide Genes. 17. 1 & 35. 11. & 43. 14. Exo. 14. [illegible] Psal. [illegible] Job 9. 10 & 12. 13 & seqq. & 42. 2. In N. T. appellatur παντοκράτωρ, h. e. omnipotens sive omnipotens cui omnia possibilia sunt, nihil autem impossibile. Vide 2. Cor. 6. 18. Apoc. 1. 8. & 4. 8. & 11. 17. & 19. 6. 15. & 21. 22. Matth. 19. 26. Luc. 1. 37. & passim alibi.

Propositio [illegible]. 7 De hac omnipotentia DEI tria nobis deinceps explicanda sunt: modus, objectum & usus: ut tanto clarius intelligamus, qualis & quanta sit DEI potentia, & quorsum ejus cognitio referri debeat.

1. De modo potentiae in Deo. 8 Quod ad modum attinet, aliter consideranda est haec potentia in ipso Deo, aliter in rebus creatis. Nam DEO quidem inest a se ipso, & per se, eaq; summe absolute & necessario, atq; ipsius propria, suaq; [illegible] sempiternum [illegible]: denique ad universa extenditur. At omnis Angelorum & hominum potentia, quantacunq;

tum, etiam si aliunde accepta est, ideo mutabilis, & minuitur [illegible] alicubi, semperque est particularis, & certis finibus terminata. [illegible] sensu certissime Deum solum potentem appellamus & omnipotentem.

9 Deinde in ipso DEO aliter consideranda est intrinseca potentia, ut ipse [illegible] internarum [illegible] DEI appellamus, aliter extrinseca, respectu alicuius externarum & transeuntium in res a DEO diversas. Illa enim semper & necessario, ut dixerim, [illegible] agit. Haec tum ac cum agit, cum libera DEI voluntas ad eundum esse decreverit, ac proinde libere & contingenter. Illa enim, haec saepe temporalis. Illa semper & actiua est & actualis, haec semper quidem actiua est, sed non semper actualis.

Potentia intrinseca & extrinseca.

10 Porro huius differentiae ratio est, quod actio DEI intrinseca siue internarum, propter summam DEI simplicitatem, est quodammodo ipse Deus agens, neque ipsi DEO proprie [illegible] actio autem extrinseca, cum [illegible] est per aliquid extra DEum, non est ipse Deus [illegible], nec ipsi DEO potest omnino [illegible]. Itaque illa quidem naturalis ac necessaria est, nec nisi uno modo fieri potest: haec autem voluntaria ac libera, quae vel aliter fieri, vel etiam praetermitti potest: quatenus [illegible] liberrime fit, & ad [illegible], videlicet liberam DEI voluntatem.

Ratio differentiae.

11 Extrinseca DEI potentia (de qua hic potissimum agitur) vulgo distinguitur in absolutam, quam alii inordinatam, alii melius extraordinariam vocant; & actualem, quam alii ordinatam, alii modificatam appellant. Illa dicitur, qua Deus non quidem omnia, quaecunque [illegible] sunt, sed tamen plura, quam ipse [illegible] aut facit, ac denique omnia absolute possibilia facere potest. Exempla vide. Matth. 3.9 & 26.53. Rom. 9.21. Ubi indicatur, Deum posse etiam ea facere, quae nec facit, nec facere vult; item ea facere, quae [illegible], vel aliter facere posse si velit. Haec dicitur, qua Deus, quicquid vult, [illegible] nullo impedimento efficit. De qua dicitur Psal. 115.3

Potentia absoluta & actualis.

& ipse omnia, quæcunq; voluit facit. Item Isa. 46. 10. Omnis voluntas mea fiet.

[illegible] 12 Potentia DEI absoluta, tametsi adhuc foris agit, in se tamen nunquam est otiosa, quippe quæ actu semper in DEO est & semper & efficaciter agit. Itaq; etiam actuali potentiæ opponitur non [illegible] quatenus de natura ipsius non est foris extendere. Quod enim ipsa foris agit DEI potentia, id quantitate pendet non ab ipsa potentia, aut alia aliqua natura DEI proprietate, sed à libera determinatione voluntatis ordinatione. Unde etiam absoluta vocatur potentia non quod omni prorsus lege soluta sit, quasi Deum per eam facere aliquid posse sit naturæ contrarium, sed quia Deus per eam facere potest quidquid absolute possibile est, & quia ipsa absoluta est à libera voluntatis determinatione, per quam demum foris actiones efficit, quam per naturam intus tantum, h.e. in ipso DEO sit absoluta.

Quatenus potentia Dei infinita. 13 Atq; hinc est, quod DEI potentia semper actu infinita esse, tametsi foris eius efficacia infinita non operatur, nec operari possit: nam propterea nulla res extra Deum potest esse Deus, aut DEO per omnia æqualis. Est igitur infinita DEI potentia, non tantum in se, & per se, quatenus simpliciter in DEO ipse naturaliter est, verum etiam aliquomodo respectu rerum, quæ sunt extra Deum, tam intensivè, tum extensivè, hoc est tum respectu actionis, quâ foris agit, tum respectu effectorum, in quibus occupatur. Nam Deus ordinavit extra se nunquam tam multa, tamq; potenter operatur, quin plura & plenius & potentius operari possit quam illud. Apostolo Ephes. 3. 20. Deus potest omnia longè copiosius, sive abundantius facere, quam nos petimus aut cogitemus.

[illegible] 14 Nec refert, quod Deus nil nisi ex ordine sapientiæ, potentiæ ac bonitatis suæ agere potest, ac proinde nec majore sapientia, potentia ac bonitate quicquam agere, quam quo agit. Nam actio DEI in ipso quidem DEO per se infinita est, quæ nec intendi, nec remitti potest, quoniam in DEO esse, posse, velle & agere idem sunt. Sed actio Dei non sem-

tum semper quidem Naturæ ipsius consentanea est, non tamen idem est cum ipsa Dei Natura. Unde fit ut potentia Dei in infinitum extendatur, voluntas autem & actio nequaquam: quia quod Deus potest, sive in se, sive extra se, ex natura potest, quod autem vult & facit, hoc ex beneplacito suo vult & facit.

13 Actualis potentia duabus quasi partibus continetur, videlicet faciendo quicquid vult, & non patiendo ullam, quam non vult, resistentiam. Nam quicquid Deus absolute vult, id non potest non fieri. Quicquid autem absolute non vult, ita ut neque ipse id faciat, neque quemquam alia ratione fieri velit, id nullo pacto fieri potest. De prima parte inquit ipse Deus Esa. 46. 10. Omnem voluntatem meam faciam. De altera dicitur Rom. 9. 19. Voluntati ejus quis restitit? Deut. 32. 39. & Esa. 43. 13. Nemo est, qui de manu mea eruat. Interim de iis, quæ absolute voluntate divina regantur non fiunt, aliter est judicandum ut suo loco plenius dicetur. Partes actualis potentiæ.

14 Tantum de modo. Objectum divinæ potentiæ est, quicquid ullo modo possibile est, sive quicquid simpliciter impossibile non est. Tale autem est, quicquid non implicat contradictionem, sive cujus prædicatum sua natura non repugnat subjecto, ita nimirum, ut ipsum subjectum possit aliquam habere entis rationem, vel in Deo, vel extra Deum. II. De objecto potentiæ.

15 Errant igitur hic in defectu, qui Deum ideo tantum omnipotentem esse credunt, quia quicquid vult, facere potest. Neque enim nullam absolutam potentiam in DEO agnoscunt, sed potentiam DEI, quæ per se infinita est, liberæ ipsius voluntati, quæ semper aliis definita est, alligant, ut utramque æque late patere velint. Ex qua hypothesi plurima absurda consequi necesse est: ac imprimis illud impium Stoicorum, quo universa Religio tollitur: Deum scilicet non libere agere, sed omnia agere ex necessitate naturæ. Error in defectu.

2. Error in excessu.

18 In excessu autem errant, qui DEO ejusmodi absolutam potentiam tribuunt, per quam ipse facere possit omnia, quae vel ab ipso, vel a nobis cogitari possunt. Ex qua hypothesi haud pauciora absurda consequuntur: ac potissimum illud prorsus impium, quod cum perfectione & bonitate divinae naturae pugnat: Deum videlicet ea quoque posse facere, quae cum injustitia ac vitio seu defectu necessario conjuncta sunt, v.g. posse mentiri, falli, pati, mori, &c. contra illud 2. Tim. 2,13. Fidelis est, seipsum negare non potest: & contra illud Heb. 6,18. Impossibile est DEUM mentiri: & contra illud Tit. 1,2. DEUS est ἀψευδής, h.e. mentiri nescius: item contra illud Rom. 1,23. 1. Tim. 1,17. & 6,16. ubi Deus incorruptibilis & immortalis appellatur, &c.

Vera sententia exponitur cum probatione.

19 Quare media sententia tenenda est, quae statuit, Deum plura quidem facere posse, quam velit, non tamen ea facere posse, quae contradictionem implicant: quippe quae nullam habent certam essentiam, eoque impossibilia esse aut fieri non possunt, quo quidem modo enunciantur aut concipiuntur. Neque tamen hac ratione quidquam potentiae ipsius derogatur: quum talia posse, impotentiae argumentum sit, non potentiae: cum quam plurima eorum nullius prorsus potentiae passivae capacia sint. Itaque recte Augustinus lib. 5. de Civit. c. 10. Propterea, inquit, quaedam non potest Deus, quia omnipotens est, &c.

Duo genera impossibilium apud Deum.

20 Quod ut planius intelligatur, tenendum est, absolute impossibilia duobus generibus contineri. Unum eorum est, quae nullam habent Entis rationem in ullo subjecto, puta neque in DEO, neque in creaturis. Atque haec ideirco Deus facere non potest, quia ipsa nihil sunt, nec unquam esse possunt. Quod autem fit, necesse est aliquid sit, aut saltem esse possit: quia nihil fieri non potest. Alterum est eorum, quae licet in creaturis fieri possint, tamen quia vitium, vel defectum & imperfectionem quandam per se significant, in DEO locum habere

habere non possunt. In quo si lacunam invenirent, Deus non esset Deus. Atque ita utrobique contradictio implicatur: illic respectu imperfecti subjecti, hic respectu DEI, tanquam certi subjecti.

21 Ad primum genus *ista pertinent. I. Non potest Deus facere definitum absque definitione, v. gr. corpus absque dimensionibus, aut corpus actu infinitum: nempe quia non potest aliquid simul esse, & non esse: definitio autem & definitum, si res quidditatem spectes, unum & idem sunt. II Non potest efficere, ut opposita eidem subjecto simul attribuantur, vel de se invicem praedicentur, v. gr. ut idem corpus simul sit visibile & invisibile, aut eadem res sit homo & bestia, nempe propter causam modo dictam. III. Eadem ratione non potest facta infecta reddere, sicut Aristoteles 6. Ethic. cap. 2. recte ex Agathone refert: nimirum quia facta quatenus facta, a ratione possibilium excedunt. Absque, quae vera sunt, eo ipso, quod vera sunt, falsa essent sicut eleganter hac de re loquitur August. lib. 26. c. 5. contra Faustum Manichaeum.* Exempla primi generis.

22 *Quare tametsi Deus simpliciter in se adhuc potest, quidquid unquam potuit, non tamen hunc mundum potest non creasse, quia eum potuit non creare. Nam quod necessarium est, licet ex hypothesi vel per accidens tale sit, non potest non esse. Omne autem* praeteritum *&* praesens *necessarium est. Quod enim est, dum est, necessario est: Et quod vere factum est non potest non esse factum. Porro necessarium & possibile seu contingens, & impossibile sua natura ac definitione sic differunt, ut eadem attribui nullo modo possint. Ex quo efficitur, factum quatenus factum non amplius esse possibile seu contingens, quum sit necessarium.* Principium de praeteritis ac praesentibus.

23 In futuris *autem salva manet possibilitas & contingentia, etiam in iis, de quibus jam aeternum aliquod DEI decretum exstat, ut p-* Aliud praeceptum de futuris.

vidit quae sunt aliquatenus contingentia & necessaria sunt. Nam licet Deus sua decreta non retractet, ac proinde non possit ea non velle, & facere, quae semel velle & facere firmiter decrevit: Tamen quia haec decreta DEI libera est, & indifferens, absolute simpliciter ea etiam velle & facere potest, quae non facit, nec facere vult. Itemque quia habet potentiam quam voluntas: Ac proinde illi quidem subjecta sunt omnia possibilia, quae quodammodo infinita sunt; huic verò ea tantum, quae ipsa sibi libere in futurum, ac decreto suo voluit terminare quodam [illegible] vid. [illegible] q. 12.

[illegible] 24 Ad secundum impossibilium genus ista pertinent. I. Non potest Deus mentiri, aut ullo modo peccare, seu malum culpae admittere, etsi creaturae id facere sinit: quia non potest velle aut facere contrarium ejus, quod natura sua vult & facit, nec potest suam ipsius naturam destruere. II. Non potest mori, pati, laedi, aut omnino aliquid poenae subire, etiamsi haec creaturis & fieri sinat, & ipse faciat: quia non potest non esse perfecte beatus, & immutabilis, & omnipotens, denique talis, qualis est, haec autem omnia imperfectionem & impotentiam significant. III. Eadem ratione non potest in se ipso efficere actiones, nobis aliisque animantibus naturales, ut sunt edere, bibere, dormire, &c. licet eas in creaturis efficiat. Quia haec etiam imperfectionem significant, & sine passiva potentia fieri non possunt. In DEO autem nulla imperfectio, nulla passiva potentia locum habere potest. Itaque tandem haec contradictio implicatur: quatenus in consequente est oppositum antecedentis, nempe monstrum cujusdam imperfectionis, aut defectus, quae in Naturam antecedentis cadere nullo modo potest.

[illegible] 25 In summa potentia DEI huc tendit, ut vel, quod non est, fiat, vel, quod est, pereat, aut esse desinat. In contradictione autem [illegible] continetur, sed oppositum subjecti semper est in appositio [illegible]

[illegible]

ne prædicato. Unde rectius fortassis dicerentur ista sua natura fieri non posse, quàm Deum non posse ista facere. Ex quo postremo efficitur, exceptis solis contradictoriis nihil cogitari posse, quod non sit omnipotentiæ DEI subjectum. Nam neq; ullum est, quantumvis aliqui vile, [illegible], quod materiam [illegible] primæ causæ DEO similitudinem aliquam non habeat: neq; ullus effectus tam ingens excogitari, qui virtutem primæ causæ agentis excedat: neq; materia, in qua non agat, huic primæ & potentissimæ causæ unquam deesse potest, quippe quæ nec præparata materia indiget, & ex nihilo, perpetuò rem parare potest. His autem tribus modis accidit, ut effectus aliquis potentiæ agentis non subjiciatur. Itaq; recte Christus Marc. 14.36. Pater, inquit, omnia tibi possibilia sunt. & Angelus Luc. 1.37. Non est apud Deum impossibilis ulla res. & rursus Christus Luc. 18.27. Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud DEUM. Matth.

21 Restat usus doctrinæ, qui insignis ac varius est in hac re. Ad hunc-que et primùm quidem plurimum servit hæc cognitio confirmandæ fidei nostræ, qua credimus I. Deum in principio omnia ex nihilo cõdidisse, nec præparata aliqua materia opus habuisse. II. Eundem hactenus omnia conservare ac gubernare, ne in nihilum recidant, nec ordinem [illegible] conservent. III. Hominibus & bestiis omnia ad hanc vitam animalem necessaria [illegible] procurare, eorumq; species per propagationem individuorum ab interitu vindicare. IV. Angelorum & hominum singulorum [illegible] generis, & pios quidem sua gratia & Spiritu sancto fovere, impios autem [illegible], ac tandem aversus perdere. V. Olim mortuos resuscitaturũ, & utrisq; digna factis præmia persoluturum. VI. Denique mundum hunc universum incendio abolituram, & novum ac [illegible] rationem esse instituturum. Quæ enim hæc tam ad-

III. De usu doctrinæ.

1. Ad fidem [illegible] DEI.

das tamẽ, immensa tantarũ ac taliũ opera de DEO, ita ut par est firmiter credas sine cognitione divinæ Omnipotentiæ?

2. Ad fiduciam & obedientiam. 27 Deinde cognitione hinc confirmatur fiducia nostra erga DEI promissiones, quæ quia amplissimæ sunt, & sæpe ipsi rerum naturæ, ut quidem videtur, contrariæ, difficulter nobis persuaderi possunt. Sic Abrahamus, considerata DEI omnipotentia, robustus fide evasit. Rom. 4, 20, 21. quippe qui cogitaret, Deum posse, quidquid vult: velle autem, quæ promisit. Unde & obedientia erga Deum prompta efficitur: sicut non dubitabat idem Abrahamus unigenitum suum DEO offerre, quum considerasset, Deum vel à mortuis excitare posse, Heb. 11, 19 Vide ejusdem historiam integram Gen. 12. & d.

3. Ad spem in tentatione. 28 Tertiò, cognitio hæc facit, ne animum despondeamus in tentationibus. Sæpe enim nobis singulis, sæpe Ecclesiæ DEI magna imminent pericula, à Tyrannis aut aliis Satanæ emissariis. Hic spes alenda est consideratione divinæ potentiæ, cui nemo resistere, nemo nos eripere potest? Vide Psal. 33 & 27. & 46 &c. Si enim Deus, qui major est omnibus, nobis faveat, quis nos oppugnet? Joan. 10, 29. Rom. 8, 31. Hinc etiam de aliis, licet perditi videantur, argumentum bonæ sperandi petere debemus: quum Deus etiam ramos defractos iterum inserere possit. Rom. 11, 23. Contrà verò causam timendi hinc petamus, si omnipotentiæ DEI iram adversum nos provocaverimus, qui subitò momento citiùs nos disperdere, & creaturas omnes in exitium nostrum armare potest? Vide Deut. 32, 39 & seqq. Jerem. 5, 22. Job. 40, 1 & seqq.

4. Ad gratitudinem & humilitatem. 29 Postremò facit hæc cognitio ad studium gratitudinis erga Deum. Si enim Deus plura potest, quàm vult: sequitur eum potuisse alium rerum ordinem instituere, quàm instituit, & potuisse nobis ea beneficia, quæ quotidie experimur, denegare, aut aliis largiri, &c.

Ergo

Ergo quòd nos creavit, quòd hactenus alit & conservat, quòd nos ad vitam aeternam vocat, quòd fidem & spiritum sanctum donat, quod denique innumeris beneficiis afficit, id gratuitae ipsius voluntati, cui visum fuit, hoc pacto potentiam suam ad nostrum bonum praesens & futurum exserere, acceptum feramus, eumque propterea meritis laudibus perpetuò extollamus. Vide Psal. 103. & 104. & 145. & 147. & 1.

30 Caeterùm ex adverso triplex abusus huius doctrinae cavendus est. Primus est eorum, qui sine iudicio ratiocinantur à posse ad esse: quasi idcirco hoc vel illud verum sit, quia Deus facere id possit. Quum enim Deus plura possit, quàm velit, aut faciat, consequitur, ad probandum hoc vel illud esse, non sufficere DEI potentiam allegasse, sed inprimis requiri ipsius voluntatem: de qua cùm certi sumus, tum demum illam rectè ad probationem in… vel adversarios … Vide August. in Enchir. ad Laurent. cap. 95. & de Natura et gratia cap. 7. ubi eodem argumento negat … esse, ut quod fieri potest, etiam fit. 1. Abusus à posse ad esse.

31 Alter eorum est, qui imprudenter ratiocinantur à non esse ad non posse: quasi Deus id facere nullo modo possit, quod non facit, aut quod facere non vult. Plura enim potest Deus, quàm re ipsa velit, aut faciat. Neque potest voluntas & operatio DEI cum ipsius potentia aequari, quin magna pars gloriae ipsius obliteretur. Quare cùm quaeritur, quid Deus absolutè in hac vel illa re possit, vel non possit; non est tantùm respicienda DEI voluntas, sed simul etiam consideranda est illius rei, de qua quaeritur, nec non ipsius DEI natura. Si enim res illa sic comparata est, ut non sit absolutè impossibilis, nec cum Dei natura manifestè pugnet, omnino statuendum est illam à DEO fieri posse, aut potuisse, licet re ipsa non fiat, nec fortasse Deus eam fieri unquam velit. 2. A non esse ad non posse.

32 Postremus est omnium turpissimus, nempe eorum, qui, ut 3. Ab impossibilibus ad alia

commenta

commenta sua populis persuadeant, omnipotentiam DEI non verentur ad ea etiam extendere, quæ vel contradictionem implicant, vel simpliciter impossibilia sunt. v. gr. quod corpus aliquod sua natura finitum & circumscriptum, in loco quidem suo illocaliter adesse, spacium vero non occupare ac replere: aut quod corpus vel ubique præsens, vel saltem pluribus in locis simul adesse: aut quod accidentia absque subiecto subsistere cum ratione: quia scilicet Deus ista per omnipotentiam suam facere possit. Sed ipsi non animadvertunt, se hac ratione hunc passim ab ipso ferè ab impossibili ad necessarium argumentari: quæ non definitam ita ponunt, ut eius definitionem simul tollant id quod simpliciter impossibile est, ac proinde ne quidem à DEO fieri possit. Quod etiam alibi planè.

Epilogus. 11 *Ex prædictis igitur huius doctrinæ usu, itemque abusu manifestè apparet, quanti momenti sit in Religione, veram sententiam de DEO, de ipsa divina potentia rectè tenere: quippe cuius ignoratione varios errores necessariò secum trahit, & summam DEI gloriam non leviter obscurat, & porrò facilè impedimento est, quò minus etiam æternam salutem rectè intelligamus aut fortè inspiciamus.*

ΖΗΤΗΜΑΤΑ.

I.

An omnipotentia DEI propriè Christo homini, h. e. quà homo est, communicata sit? Neg.

II.

An in passione & morte Christi, divina natura passa fuerit, vel saltem pati potuerit? Utrumque neg.

Disputatio V. de DEO.

Nempe de Scientia & Sapientia DEI.

Habita XXVI. Januarii, anni [illegible]. Respondente ARNOLDO [illegible] Gildenhusio.

THESIS I.

SUPERIORE *Disputatione actum est de* Omnipotentia DEI. *Consideranda nunc est ejusdem infinita tum* Scientia, *tum* Sapientia: *quarum utriusque* objectum, modum & usum *breviter ex Scripturis, & rationibus inde petitis, ostendemus. Priore autem loco de* Scientia, *deinde de* Sapientia, *quippe quae illam praesupponit, agemus.* Transitio & distributio.

2 *Vox* Scientiae *in sacris literis* DEO *attributa, aliàs* propriè *accipitur, aliàs* impropriè. Propriè *sumitur pro nuda cognitione atque intelligentia rerum, v.gr. cùm dicitur Psal. 94.11* Novit Dominus omnes cogitationes hominum esse vanas. *Atque haec significatio frequentissimè per metaphoram* oculorum & aurium *Dei exprimitur, ut significetur omnia tam perfectè à* DEO *cognosci, quàm si oculis suis ea coram intueatur, & auribus suis auscultet. Vide Psal. 34.16 & passim alibi.* Significatio vocis propria.

3 Impropriè *accipitur duobus modis.* Primò *per Synecdochen generis, vel per metonymiam* [illegible] *pro illa speciali scientia, qua Deus id quod novit, simul amat & approbat. Unde a Theologis vocatur* scientia approbationis, *v.gr. cùm dicitur Psal. 1.6.* Novit Dominus viam justorum, *hoc est approbat. Quo sensu etiam usurpatur* praescientia *Dei, saepe significat notitiam sive* propositum *ac* decretum *ejus benevolum de nostra salute. Act. 2.23. Rom. 8.29 & 11.2. 1 Pet. 1.2. & 20.* Deinde *per metaphoram metonymiam pro* cognitione judiciali, *qua Deus vel impietatem punit, vel pietatem remuneratur, vel aliud quippiam facit, quod talem cognitionem consequi solet. Quo sensu Deus saepe* Significatio impropria, eaque duplex.

tũ memoriæ, tũ oblivio tribuitur: vt, quum Psal. 9.13. & 10.12. & 13.1. & 25.6. & 74.22. Eccles. 12.1. [illegible] & passim alibi, dicitur Deus tũ nostri, tũ peccatorũ nostrorum vel recordari vel oblivisci.

Definitio scientiæ Dei.

4 Scientia Dei propriè dicta, est unicus purus divinæ mentis actus, quo Deus sese omnem scibilia, sicuti revera sese habent, [illegible] h.e. quo Deus tum seipsum, tum omnes creaturas, earũq; actiones universas tam a-[illegible] simul & universis quæ verè sunt, aut fuerũt, aut erũt, perfectè ac distinctè intuetur, quinetiam non entia, & quæ nunquam futura sunt, imo quæ nec fieri unquã possunt, suo modo intelligit. Adeò ut nihil sit absconditum, quod ipsius notitiam effugiat. Unde rectè dicitur 1. Joh. 3.20. Deus major est corde nostro, & novit omnia.

De objecto scientiæ Dei.

5 Hæc descriptio ut rectè percipiatur, objectũ & modus scientiæ divinæ nobis distinctè sunt cõsideranda. Ad objectũ quod attinet, de eo particulatim ita habendum est. Primò intelligit Deus seipsum,

1. Objectum Deus ipse.

tanquam primum verum, & primum scibile, idq; intimè & perfectè: quum sit ipse maximè intelligens, & maximè intelligibilis, [illegible] ipse lux, idemq; ipse lumen. Itaq; suam ipsius naturam, atq; admirabiles perfectiones, suaq; omnia decreta solus ipse penitus novit; nec autem nihil de DEO, nisi ipso manifestante, novimus. Vide Rom. 11.33.34. 1. Timoth. 6.16. 1. Cor. 2.10.11. Ephes. 1.17.18. & 3.9.10.

II. Creaturæ substantiales.

33 Quae autem de aliis rebus est DEI voluntas, licet a simul juncta naturae summae omnium rerum scientiae fulcitur, a nulla quidem efficiente causa superiore, quae sit extra Deum, dependet, quum sit ipsa prima omnium causa efficiens extra Deum. (Nam idcirco decrevit Deus omnia, quaecunq; decrevit, quia sic ipsi placuit) Attamen in Deo causam habet, tum efficientem tum finalem. Nam & naturalis voluntatis facultas & sapientissima DEI praecepta, tanquam efficientes causae, eam antecedunt: atq; ipsa praeterea ad finem DEO intrinsecum atq; essentialem refertur (in quo etiam summa ejus ratio consistat) naturalem videlicet DEI beatitudinem & gloriam.

Quomodo decretum Dei [illegible] habeat in eo.

34 Neq; vero mirum videri debet, ejusmodi ordinem in DEI voluntate sive decretis a nobis observari, quem res ipsa manifeste postulat. Nam quae naturalia sunt in DEO, ea naturae ordine priora sunt: quae vero libera, posteriora. Deus autem extra se nihil operatur ex naturae necessitate, sed omnia agit ut libera benevolentia, qua sic vel aliter agere potest. Sed quidquid tandem agere ipsi placeat, id mi

quia est non sapienter agere, nec ad summum illum finem, media dirigere, rectè non referre. Unde fit, ut hæc universalis DEI voluntas suâ quidem & ordinem quendam in Deo habeat necessariũ; efficientem autem se priorem, quæ sit extra Deum, non habeat.

41 Voluntas hæc eadem, si specialiter per partes consideretur, causas habet varias, extra Deum, tum efficientes, tum finales. Nã quæ partes in intentione (sive intentione DEI) præcedunt, in exsecutione autem sequuntur: eæ sunt causæ finales illarum partium, quæ illic quidem sequuntur, hîc autem antecedunt. Et vicissim quæ partes in intentione DEI sequuntur, in exsecutione autem seu eventu antecedunt; causæ efficientes sunt vel per se, vel saltem per accidens, illarũ partium, quæ illic præcedunt, hîc autem sequuntur. Hic enim immutabilis est ordo Naturæ, in sapientiam DEI mentis expressus, ut effecta semper sequantur causas efficientes, quarum sunt effecta: ut & media semper antecedant finem, ad quem destinata sunt. Specialis Dei decreti causas habet aliquas extra Deum.

42 Sequitur: Voluntas DEI semper optima & justissima est, ideoq; nobis regula est omnis justitiæ. Loquimur autem hîc de libera DEI voluntate, quæ ad extra est. Nam de interna DEI voluntate, (quæ nobis (ad nos, h. e. ad res creatas pertinet) quin bona & justa sit, nemo dubitare potest: quum non minus, quàm ipsa bonitas & justitia, DEO sit naturalis. De externa autem & libera voluntate, (quæ sola nobis hîc spectanda est) hanc ipsam ob causam dubitari forte posset, quia libera est, nec DEO simpliciter naturalis: quasi videlicet, pro hac sua libertate à præscripta justitia interdum aberrare possit: ut quidam Aristoteles 4. Topic. 5. Deum etiam malè agere posse censuit. 7 Voluntas Dei semper justa est.

43 Sciendum igitur est, fieri nõ posse, ut Deus suâ libertate unquã aberret: quum per naturam immutabiliter bonus & justus sit, ipse verò suam naturam, h. e. seipsum abnegare non possit. 2. Tim. 2. 13. Itaq; nihil velle potest, nedum vult, quod malum sit, vel cum injustitia conjunctum. Quare nec verendum est, ne voluntas DEI à Non potest Deus quicquam injustum velle.

præscripto naturalis æquitatis unquam aberret. Natura enim DEI iustitiæ regula & mensura est liberæ ipsius voluntatis, non contra voluntas Naturæ, siquidem ordine Natura prius est, bonum esse, quam bonum velle & facere: sicut bona arbor prior est bono fructu, & qualibet causa suo effectu.

Regula iustæ voluntatis DEI, est iusta Natura.

44 Non tamen hoc ita accipiendum est, quasi voluntas DEI, h. e. volendi facultas, causam efficientem habeat se priorem; sed quod iustæ voluntatis, h. e. volitionis ac decreti, causa sit ipsa iusta Natura. Neque enim aliter fieri potest, quam naturalis DEI bonitas & iustitia, tanquam forma seu qualitas liberæ voluntatis actum semper antecedat, eumque moderetur & quasi formet: quum (ut paulò ante dicebatur) semper prius sit quod naturale & simpliciter necessarium est, posterius autem, quod liberum est, ut quia DEO naturale est, bonum esse & iustum, sed liberum & quasi adventitium est, hoc vel illud extra se velle.

Voluntas Dei, respectu nostri, regula est omnis iustitiæ.

45 Nobis tamen, ut dictum est, libera DEI voluntas regula est omnis iustitiæ. Nam quicquid Deus vult in iis quæ extra & infra ipsum sunt, eumque libero dominio ac potestati subjacent, id necessariò iustum est, quia nobis iustum esse videtur: sed propterea quia illud vult, qui nihil iniustum velle potest, quum nihil suæ naturæ contrarium velle possit. In summa: Respectu Dei & ordinis naturalis prius est, iustum aliquid esse, quam Deum illud ipsum velle: respectu autem nostri prius est, Deum aliquid velle, quam id ipsum iustum esse. Ex quo sequitur, voluntatem Dei sufficere nobis debere, quoties de iustitia & sanctitate quæstio est.

Sextum caput. Primus doctrinæ usus gratitudo.

46 Restat postremum caput de usu & abusu huius doctrinæ. Primus usus est: quum voluntas DEI libera, sit prima omnium rerum causa, quæcunque sunt extra ipsum, & aliquam habent boni rationem, æquum est, ut semper ei gratias agamus, quoties innumera ipsius erga nos beneficia, quæ aliis denegavit, expendimus. Miseretur enim Deus quorum vult, & indurat quos vult, suaque dona inæqualiter, prout vult, distribuit. Rom. 9,18. 1. Cor. 12,11. Vide etiam Ephes. 1,4. & seqq. Act. 4,17,28. Apoc. 4,11. & alibi.

42 Secundus: *Quum voluntas DEI sit immutabilis ac non flexibilis, constat quid de successu vel eventu earum rerum dubitemus, quae divinitus sunt decretae: quasi voluntatem eius humanis consiliis vel artibus impediri possit. Unde animi securitas in iis existit, qui verbo DEI freti aliquid aggrediuntur.* Nam quis irritum reddat quod Jehova eventurum decrevit? *Esa. 14. 27. Aut quis* salutem iis eripere queat, quos ipse DEUS, qui maior omnibus est, salvos esse voluit? *Rom. 8. 31. Joh. 10. 29.* Secundus, securitas.

43 Tertius: *Quum voluntas DEI nunquam sit ἄλογος, sed perpetuo summa ratione non careat: efficitur inde, ut in ea semper acquiescamus, licet aliquando rationem eius comprehendere non possimus: quae enim varietate scrutari non debemus: certi tamen,* iudicia Dei saepe esse imperscrutabilia. *Rom. 11. 33. & semper illi consentiendum esse, ubi Christum consentit. Matth. 11. 26.* Etiam Pater quia sic tibi beneplacitum. *Vide exempla Eli & Davidis 1. Sam. 3. 18. & 2. Sam. 15. 25. 26.* Tertius, acquiescentia.

44 Quartus: *Quum voluntas DEI perpetuo iusta & sancta sit, & nobis quoque iustitiae regula, & praeterea etiam simplex & sincera: teneamur igitur voluntatem nostram illi perpetuo conformare, atque ipsam omni studio praestare, sive nos agere aliquid, sive pati velit. Hoc enim perpetuum est piorum votum,* ut fiat voluntas Domini. *Matth. 6, 10. Act. 21, 14. Imprimis haec est unica via perveniendi ad vitam aeternam facere DEI voluntatem. Matth. 7, 21. Hebr. 10. & 1. Joh. 2. 17. &c.* Quartus, obedientia & patientia.

45 *Hic vero aliter notandum est, quid sit* Dei voluntatem fa- *cere: nempe non simpliciter idem velle ac facere quod Deus quoque modo vult, sed praecepta DEI iuxta ipsius mentem recte intellecta, sedulo consummata & constanti voluntate, si non datur externo opere, implere. Solet enim discrimen actionum non tam aestimari ex ... & opere externo, quam ex fine modoque agendi. Non quod externa opera ... negligi bona conscientia possint: sed quod Deus ... animum & propositum nostrum, unde ipsa manant, spectare soleat. Etenim obedientia & inobedientia hominis, aestimatur potissimum ex ipsius consummata voluntate.* Quid sit facere Dei voluntatem.

Positio. 49 *Ita q; nihil mirum est, quosdam mala voluntate idem velle, quod vult Deus bona voluntate: vt Gen. 50,20. Job. 1,21. Act. 2,23 & 4,28. & aliquos vero bona voluntate velle, quod non vult Deus: Matt. 26,39. Joh. 11,21. Act. 21,12. Rursus quosdam non facere DEI voluntatem, qui tamen externum opus à DEO imperatum diligenter exequuntur: vt olim Judaei Esa. 1,11,12 & 66,3. Jer. 7,21,22. alios autem DEI voluntatem fecisse, qui tamen externo opere non defuncti sunt: sicut in exemplo Abrahami apparet, Gen. 22,16. Heb. 11,17. Jac. 2,21.*

Abusus doctrinae huius de Deo. 50 Postremo cavendi sunt aliqui circa hunc locum errores, *qui tamen videri possunt ipsius doctrinae abusus. 1. eorum est, qui ex eo, quod voluntas Dei naturalis est, colligunt, Deum extra se agere omnia cum absoluta necessitate: atq; ita Deum liberi arbitrii spoliant. 2. eorum, qui cum audiunt, voluntatem DEI esse primam omnium rerum causam, statim concludunt, peccata etiam fieri DEO approbante, atq; ut fiant procurante, & efficaciter decernente, sive omnino sic volente. 3. eorum, qui cum legunt, Deum omnia quae vult, facere, inde male efficiunt, Deum non vere ea velle quae praecipit, nisi reipsa fiant; item non vere nolle quae prohibet, nisi reipsa non fiant, &c. 4. eorum, qui ex eo, quod decreta Dei dicuntur esse immutabilia, conclusione inferunt, nullas sententias à DEO semel latas revocari. 5. eorum, qui ex eo, quod voluntas DEI semper cum aequitate & ratione coniuncta est, colligunt, a praevisione nostrarum actionum divina de nobis decreta pendere. 6. eorum, qui ex eo, quod voluntas DEI reipsa justitia vocatur, concludunt, nihil tam esse injustum, quod justum fieri non possit, si id velit Deus, qui omnia velle possit, &c.*

Error Monothelitarum. 51 *Hinc etiam patet eorum error, qui divinam voluntatem cum creata parte Christi homine, reipsa communicatam esse statuunt: atq; ut homo ille, qui homo, unam eandemq; cum DEO haberet voluntatem. Unde & Monotheletae sunt appellati. Contra quos ipse Christus suam ut hominis voluntatem à Dei Patris voluntate [illegible], multis in locis distinguit Joh. 6,38. & 7,16 & 12,49. Matt. 26,39. & alibi passim.*

52 Al-

48 Atque haec de voluntate DEI dicta sufficiant. Det vobis idem Deus, ut quotidie magis ac magis ipso usu & experientia discamus, quae sit voluntas ipsius bona, accepta & perfecta, quam voluntatem in promissis ac praeceptis Evangelii sui nobis abunde patefecit. Rom. 12.

Disputatio VII. DE DEO.

Nempe de Dominio & potestate DEI,

Proposita die XXVI. Julii, Anno 1600. Respondente PETRO BAMBY Steinfurtensi.

THESIS I.

POST considerationem voluntatis DEI, proxime considerandae videtur ipsius potestas. Nam ad plenam divinae voluntatis cognitionem plurimum refert scire, quam potentiam habeat Deus, cujus voluntatem non modo primam rerum causam, sed etiam universam justitiae regulam esse, majori intelligimus; praeterquam quod ipsa quoque bonitas, Misericordia, Gratia aliaeque virtutes DEI, de quibus deinceps agetur, parum nobis profuturae essent, nisi eas cum summa virtute atque potestate conjunctas esse, simul animo firmiter apud nos statueremus. Transitio a voluntate.

2 Quoniam vero legitimum dominium consequitur legitima potestas, qua quis in re sua libere utitur: idcirco prius hic de absoluto Dei dominio, postea de ejusdem liberrima potestate agemus. Propositio methodi.

3 Dominium DEI est supremum & absolutum DEI jus, quo res omnes omnino, ut suas ipsius summo & perfecte possidet, ideoque liberrime de iis disponere potest. Est enim ipse Dominus coeli & terrae, immo est solus princeps, solus herus, rex regum, & Dominus dominorum. Matth. 11,25. Act. 17,24. 1. Tim. 6,15. Judae 4. 1. Thes. Definitio dominii Dei.

4 Ratio & quasi fundamentum hujus supremi Dominii, est ipsa naturalis DEI excellentia supra res omnes omnino, sive illa existentes,

sistentes,

[illegible] ßeatur, siue pendeat tantùm: quippe quia non nisi à summo illo Ente Deo, vel immediatè, vel saltem mediatè originem suam trahant; nec alio modo à sese existere possunt. quam ipse [illegible] per naturam sit primum, à nullo pendens, nullius indigens, neminem quicquam [illegible] plenè debeat: &c. Vide Act. 17, 24, 25. Rom. 11, 35, 36.

Conditiones huius dominii.

6 Ad naturam huius Dominii plenius intelligendam, tres potissimum ipsius conditiones observare oportet: independentiam respectu originis: amplitudinem seu potius infinitatem respectu obiecti; & plenitudinem seu perfectionem respectu modi, quo Deus ipsum obtinet. Hinc enim & iustitia, & dignitas & alia eius adiuncta clarius elucescent.

1. Dominium Dei est primum independens.

7 Primum igitur independens est hoc dominium, id est, Deo simpliciter naturale, non autem acquisitum ulla ratione extranea. Est enim ipse Dominus à seipso: non autem ab aliquo superiore constitutus: vel à nobis subditis suis electus: vel ex aliquo priore [illegible] dominus [illegible]. Neque dominium hoc usucapione vel praescriptione obtinuit: neque ab aliquo adversario violentâ seu iure belli extorsit; neque pecunia, vel alio quovis pretio sibi comparavit; neque laboribus & industria est promeritus: quibus sive rationibus sive [illegible] imperfectionem [illegible] quam argumentibus, dominia rerum inter homines acquiri solent.

Solvitur quaedam obiectio.

8 Nam quod passim in S. literis, Deum quaedam mercari, redimere, & sibi acquirere legimus: id metaphorice intelligendum est: quemadmodum & vendere illum & alienare quaedam dicitur: quum proprie de eo nec vendere [illegible] dominium acquirere vel amittere possit, qui naturalis & supremus est omnium rerum Dominus. Confer Exod. 15, 13. Deut. 7, 8. & 9, 26. & 13, 5. & 32, 30. Iud. 2, 14. & 4, 2. Esa. 50, 1. Psal. 44, 13. Act. 20, 28. Apoc. 5, 9. &c.

Dominium Christi qua talis, non est penitus independens.

9 At vero Christi Mediatoris alia quàm Dei absolutè considerati ratio est. Is enim quâ Mediator est dominium, quod antea non habuit, tum laborando & certando, tum patiendo & moriendo, atque ita pro nobis redemptionis pretium solvendo, revera sibi comparavit

paravit

peravit: quia factus est à Patre, tanquam superiore, Dominus & Christus & judex omnium, accepitq. imperium ab illo propter antegressam obedientiam, labores & passiones suas, omnis potestatis in cælo & terra: sicut videre est Matth. 28,18. Luc. 22, 29. & seqq. Joh. 5,27 & 14,28. & 17,4,5. Act. 2,36. & 10,42. & 17,31. Philipp. 2,8,9. Heb. 2,9. Apoc. 2,26 & alibi passim, ubi de utroq. Christi statu disseritur.

9 Sed hoc Christi dominiū nō est ipsum primū, summū, & prorsus independens DEI dominium, licet ei proximum sit, & immediatè subordinatum. Nam præterquàm quod aliunde acceptū est, tandem etiam, quantum ad exercitium sive actum possessoriū attinet, aliqua saltem ex parte, deponetur 1. Cor. 15, 24, 28. Subordinatum est Christi quod dominium.

10 Secundò, Dominium DEI non tantùm est supremum & independens; sed etiam prorsus universale, nec ullis finibus circumscriptum: adeò ut omnis alia dominatio, quæ vel in cælo vel in terra exercetur, non ea solùm quæ tota ab illo pendet, & omninò cū illo consentit, sed etiam ea quæ aliquo respectu illi adversatur, (puta quoad regnum gratiæ, vel gloriæ) illius ambitu necessariò contineatur. Est enim Deus Rex magnus supra omnes Deos. Psal. 95, 3,4. Est dominator universæ terræ Zach. 6,5. Denique est Dominus Jehova Zebaoth, Amos 9,5. Nempe quia omnes omnino creaturæ, si non sponte sua, saltem invitæ, velut instructus exercitus, ad nutum ei obtemperant. 2. Dom. ejus tale est prorsus universale.

11 Quamvis igitur Angeli in cælo, & Magistratus humani in terra (ut nihil interim de herili & patrio imperio dicam) distinctis rerum dominiis dicantur (dominationes, potestates, ac principatus appellantur Rom. 13,1. & seqq. Ephes. 1,21. & 3,10. 2. Pet. 2,10.) habent tamen omnes imperium duntaxat particulare, & certis terminis, à supremo & universali Domino positis, definitum. Aliorum dominia particularia.

Ex comparatione dominii Satanae.

12 *Quantumcunque Satan, qui Deus & princeps hujus mundi vocatur, ejusque imperium latissimè patere videatur, cum ipse per se, tum per tyrannos alios, suos emissarios: imperium summi* DEI *detrectare non potest, tamen ullo modo, neque jure, neque facto, ab universali illius dominio seipsum subducere. Quamvis ipse dicat omnia sibi tradita, nihil tamen ut proprium possidet, & ne omnibus quidem hominibus sed tantum impiis, iisque non nisi volentibus, & quidem ex* DEI *concessione & ordinatione, dominatur: nihil denique absque* DEI *permissu agere potest. Vide 2. Cor. 4,4. Ephes. 2,2. & 6,12. Job. 1,11,12. Matth. 8,31. Luc. 4,6. &c.*

Dominium Dei est [illegible]

13 Postremò, *adeò perfectum & plenum est hoc* DEI *dominium, ut proprietatem simul & usumfructum ipse habeat retineatque omnium rerum, etiam earum quae aliquis nostrum esse dicuntur: adeoque dominium habeat (ut cum jurisconsultis loquamur) directum simul & utile, nec superiorem ullum agnoscat.* Ipsius enim est orbis terrae & plenitudo ejus. *Psal. 24,1. & 50,10,11,12.* immò ipsius sunt omnia in coelo & in terra. *1. Chron. 29,11,12. Omnia inquam, sive de substantia, sive de fructibus aut usu rerum loquamur.*

Solvitur dubitatio.

14 *Nec refert, quòd Deus usumfructum, vel etiam proprietatem rerum suarum aliis, puta Angelis, vel Hominibus, plerumque largiatur: quandoquidem ex ista largitione nos quidem nova dominia acquirimus, ipse verò de suo nihil perdit. Non enim, cum res suas donat, verè eas alienat; immò ne alienare quidem potest: quum seipsum perfecto & naturali suo dominio privare non possit.*

Conclusio primae partis.

15 *In summa, solius* DEI *dominium est supremum, naturale, universale, & omni modo perfectum: quia neque ab alio acceptum est, neque acquisitum ratione aliqua adventitia, neque certo rerum genere definitum, neque ullo modo mancum aut mutilum.* Unde jam, *velut effectus quidem, existit liberrima illa & plenaria potestas, quae deinceps explicabitur.*

16 Liberrima

16 Liberrima Dei potestas, est absoluta & legitima illius auctoritas de rebus omnibus, ut pote suis, ex mero voluntatis arbitrio disponendi, ita ut nemini de ea rationem ipse reddere teneatur: quippe dominus omnium supremus, nemini obligatus, nullius debitor, omnium, eiusque propriis [illegible]. Vide Job 9,12, & 41,11 & 33,13 & 34,13. & 41,2. Dan. 4,32 & 35. Esa. 45,9. Jerem. 18,6. Rom. 9,20,21. II. Pars. Definitio potestatis Dei.

17 Haec potestas duabus quasi partibus continetur. Nam partim consistit in utendo iure proprio, partim in non utendo, sive remittendo. Tam enim licet Domino remittere ius suum quod habet, quam retinere: quia neutra pars absque altera simpliciter perfecta est, sicut deinceps ex re ipsa apparebit. Huius duae partes.

18 Potestas DEI quae in utendo iure suo occupatur, duabus & ipsa partibus continetur: dispositione libera omnium rerum, quarum ipse absolutus est dominus, & vendicatione iusta earum, quae ipsi quasi adimuntur: quasi, inquam, quia re ipsa & proprie DEO nihil adimi nec eripi potest. Prima pars utendi iure.

19 Potestas DEI, qua de rebus suis disponit, etsi varia & multiplex est, triplici tamen modo potissimum exeritur. Etenim primo utitur Deus libere creaturis suis omnibus, ad suum ipsius honorem & gloriam, suamque utilitatem dispensationem & conservationem, hominum vero utilitatem: sive ordinarie id faciat per res mere physicas, sive extraordinarie per miracula, prout ipsi placuerit. Si enim quilibet tantum illis dominium habet, rebus suis uti possit ad suam utilitatem, honorem & gloriam, multo magis poterit is qui plenissimo iure omnia possidet. Vide exempla in historia sacra, Exod. 7 & 8 & 9 & 10 & 11 & 14. Dan. 3 & alibi passim. Item regulas illas generalissimas & [illegible] temporalium. Deut. 27 & 28, & 29 [illegible] Psal. [illegible] & 145 & 147 fere tota, & Prov. [illegible] Rom. 9 [illegible] seqq. 1. Potestas utendi rebus suis ad honorem & gloriam suam.

20 Deinde solet Deus res suas varie immutare, puta vel ex nihilo, vel ex praeparata materia producere, & rursus vel in aliam formam, vel etiam in nihilum redigere: Item solet non donare quibus 2. Potestas immutandi [illegible]

vindicatio-num. *vult, eripere quibus vult; earumq; dominia inter homines ad-modum transferre, sive bona sua inaequaliter distribuere, quibus, quan-do, & quamdiu voluerit, homines item alios ad hanc vel illam digni-tatem aut officium eligere, alios praeterire, & eosdem modo exaltare, modo humiliare modo occidere, modo vivificare. Nempe ut ista ratio-ne varia tractandi modo declaret, se non tantum usufructuarium, sed etiam proprietarium esse Dominum omnium creaturarum. Vide Deut. 32,39 & seqq. 1 Sam. 2,6. Joha. 10 & 3,30. Prov. 22,2. Dan. 2,21 & 4,14. Rom. 9,15 & seqq. 1 Cor. 12,4 & seqq.*

3. Potestas mandandi, prohibendi, &c. 21 Denique solet hanc potestatem suam principaliter exercere *erga nobilissimas, h. e. rationales creaturas; mandando scilicet, aut prohibendo, aut permittendo, aut promittendo, aut comminando, denique quicquid tandem voluerit, aut praemia aut poenas distribuendo. Qua ratione Dominum se esse testatur, tum ipsorum Angelorum & hominum, tum earum omnium, quae vel praecipit, vel prohibet, vel permittit, vel promittit, vel minatur puta bonorum & malorum omnium sive externa sint, sive interna; sive naturalia, sive mora-lia aut spiritualia, sive ad hanc vitam, sive ad futuram pertineant. Non enim potestas mandandi aut prohibendi ad alienos vel per se ista tantum ad subjectos extenditur. Nec promittere vel comminari jure possumus, nisi quae dominio nostro subjecta sunt. Hinc recte di-citur* unus esse Legislator, qui potest servare & perdere. Jac. *4,12. Esa. 33,22.*

4. Potestas vindicandi tem sibi ereptam. 22 *Sequitur ea potestatis species, quam Deus vendicando res su-as exercere solet; nempe repetendo eas ab injustis usurpatoribus, & hos ipsos sacrilegii nomine plerumq; puniendo. Nam licet DEO re ipsa nihil eripi possit: si quid tamen vel idolis, vel etiam nobis ipsis adscribamus, quasi non ab ipso profectum sit: aut si quod, quod ille re ipsa habet, habere negetur: aut si quid ipsi non tribuamus, quod tribui a nobis debebat id omne, tanquam sibi ereptum, jure suo vendicat. Vide Exod. 20,5. Deut. 32,36 & seqq. Esa. 42,8. Osea. 2,8.9. & seqq.*

23 Jam verò potestas in nonnullis juris sui, seu, quod jam suum est adversus alios, vel totum, vel ex parte, prout ipsi visum fuerit, remittendi, nihil interim de alieno jure decerpendi ita quidem, ut ipsius justitia saepe contraria misericordiae & gratiae cedere cogatur. quia videlicet plerumque, ubi suum summum jus exercere, & quidem recte facere possit (puta leges vel illas delinquentes punire), saepe tamen ex gratia facere omittit. Vide Psal. [illegible] & seqq. & [illegible] & [illegible] & [illegible] Joh. 4, 17 & seqq. & 3, 2, 4. Vide etiam parabolam regis creditoris, de suo liberaliter condonantis, Matth. 18, 23. & seqq. & contra parabolam iniqui dispensatoris, de alieno injuste remittentis. Luc. 16, 1 & seqq. | Potestas jus suum remittendi.

24 Haec posterior pars potestatis non minus legitima & justa est in DEO, quàm prior illa; quippe eodem nititur fundamento, videlicet absoluto DEI dominio, quod is habet in omnia. Nullus enim Dominus simpliciter jus suum ipse qui tenetur; dummodo nulla cujusquam injuria in ipsa propria juris remissione implicetur. Itaque DEO tam licet condonare, quàm non condonare, tā non punire, quàm punire: sive, ut S. litera loquuntur, tā liberè Deus miseretur quorū vult, quàm liberè quos vult indurat: quia semper ei licet de suo facere quod vult. Exod. 33, 19. Rom. 9, 15. 18. Mat. 20, 15. | Legitima est in Deo.

25 Interim nec punire vel indurare potest Deus immerentes, si qui existant; immò nec resipiscentes, quotquot sunt; nec contra potest absolvere peccatores prorsus impoenitentes quamvis & interdum in istos (quos interdum graviter affligat, & peccatores poenitentes à vitiis semper absolvat. Ratio haec est, quia nulla species divinae potestatis ad eas res pertinet, quae à natura divina necessitate pendent, vel absolutè, vel saltem ex hypothesi decreti voluntatis, jam certè ad hanc vel illam partem determinatae. Etenim fieri non potest, ut Deus contra suam ipsius voluntatem semel definitam, nedum contra suam ipsius naturam quicquam jure statuat. Confer Gen. 18, 25. [illegible] Ezech. 18, 4. & seqq. 1. Pet. 1, 17. & 2, 9. & seqq. & [illegible] & seqq. & [illegible] & seqq. | Potestas miserendi & indurandi duae quaestiones in Deo sit.

[illegible margin note]

26 *Eodem modo judicandum est de dictis, quæ I vocant. fidelitatis & justitiæ. Hæc enim ita DEO tribuuntur, ut supremam ejus potestatem nihil imminuant: nempe quatenus ipse liberaliter promittendo, fidem suam nobis ultrò obligavit, ac proinde, quàm naturâ justus ac fidelis sit, non potest non promissum præstare: licet alioqui simpliciter, h. e. absq; voluntaria pollicitatione consideratus, nemini quicquam debeat. Confer loca illa Heb. 6,18. & 10,23. 2. Thess. 2,[illegible] 1. Joh. 1,9. [illegible] Job [illegible] Lucæ [illegible] Rom. [illegible] Quomodo etiam August. in Psal. [illegible]* Ipse Dominus, *inquit,* debitorem se fecit, non accipiendo, sed promittendo, *&c.*

[illegible margin note]

27 *Quare ut hanc omnem rem planè percipiamus, duæ regulæ tenendæ sunt: ex quibus ipsum divinæ potestatis objectum plenius intelligi poterit.* Prima est. *Liberrima DEI potestas locum habet in his omnibus & solis, quæ perfectè ipsius dominio subjacent. At talia non sunt, quæ naturaliter ipsi DEO insunt: de quibus idcirco aliter statuere simpliciter non potest, quàm fert absoluta naturæ ipsius necessitas: sive de specificatione, ut vocant, sive de exercitio liberæ voluntatis agatur. Sic v. gr. non potest Deus quicquam agere, quod ipsius sapientiæ, aut bonitati, aut justitiæ repugnet: nec potest ea nolle aut omittere, quæ naturaliter vult & facit, &c. Nempe quia nulla facultas, nullus item actus, ferri potest extra objectum suum adæquatum. Tale autem objectum hîc est, quicquid dominio DEI subjacet, & à libera ejus voluntate pendet, aut pendere saltem potest.*

[illegible margin note]

28 Altera regula est. *Eadem* DEI *potestas nihil imminuitur, etiamsi dicamus, Deum nunc quædam ex hypothesi facere jure non posse, quæ aliàs, absolutè loquendo, supremæ ipsius potestati subjecta sunt. Sicut v. gr. non potest vitam æternam credentibus denegare, postquam illis hanc daturum se promisit, quam alioqui donare illis nullo jure tenebatur: aut similiter, quibus seriò & absolutè pœnitentiam [illegible] est, pœnam remittere non potest, quam alioqui simpliciter infligere non tenetur. Nempe quia & promissio & comminatio Dei*

[illegible]

quam obligationem: ista quidem respectu solius DEI, certè aliquid futurum asseverant: illa verò tum respectu DEI asseverantis, tum respectu hominum acceptantis & confirmantis: ita ut in illis consequentia sit simplex: in istis autem duplex coniunctio aut solitum falsitas consequi videatur. Certè impossibile est, Deum ulla ratione à praescientiae suae iustitia aut veritatis unquam aberrare.

29 Usus doctrinae varius est. Primus et praecipuus est humillima adoratio DEI, utpote supremi Domini, qui potestatem habet in nos absolutam: non secus ac figulus in suum lutum. Haec enim satis magna causa est, cur reverenter coram ipsius maiestate nos demittere & tacitè in ipsius voluntate acquiescere debeamus. Vide Gen. 18,27. & seqq. Esa. 45,9,10. Ierem. 18,6. Rom. 9,14. & seqq. 1. Usus Doctrinae, Adoratio Dei.

30 Secundus, est patientia in rebus adversis, quae ex illa animi coram DEO demissione, sive Dei adoratione necessariò oritur. Qui enim reum sibi esse novit cum supremo suo Domino, is haud dubiè crucem ab illo compositam aequo animo feret: praesertim si cogitabit, eundem Dominum sua potestate nunquam abuti, h. e. nulla nos iniuria afficere, ac ne quidem afficere posse. Exempla vide in Iobo, Eli, & Davide. Iob. 1,21. 1 Sam. 3,18. 2 Sam. 16,25,26. 2. Usus, Patientia.

31 Tertius, est obedientia cum timore coniuncta. Si enim Deus supremam potestatem habet, non solum nobis imperandi, sed etiam animam simul ac corpora, nisi dicto ipsius audientes fuerimus, excruciandi, aequum sanè est, ut ei obtemperemus, eiusque offensam sollicitè caveamus. Vide Malach. 1,6. Matth. 10,28. Iac. 4,12. 3. Obedientia.

32 Quartus, est cautio in obedientia hominibus praestanda. Nam quia Deus supremus Dominus est, saltem magis ipsi quam hominibus obedire nos oportet. Act. 5,29. Immo aliis dominis, puta magistratibus, non nisi propter ipsum obediendum est. Rom. 13,1. & seqq. 4. Prudentia.

33 Quintus, est sollicitudo & modestia inferiorum dominorum, eorum nimirum, qui potestatem aliquam, sive politicam, sive Ecclesiasticam à DEO acceperunt. Iis enim semper cogitandum est, 5. Diligentia & modestia.

habere

habere se Dominum superiorem in cœlo, apud quem nulla est personarum acceptio, & cui administrationis suæ rationem aliquando ipsi reddituri sunt: eóq; providendum, ne potestate suâ abutantur. Vide Job. 31, 13. 14. Ephes. 6, 9. Coloss. 4, 1.

6. Rectæ conscientiæ. 14 Postremus est tranquillitas conscientiæ in utendo iis rebus, quarum vel proprietatem, vel usum saltem liberum supremus ille Dominus nobis attribuit: dummodo nos intra metas legitimi usus, ab ipso Domino præscriptas, contineamus, hoc est, neq; ad luxum aut libidinem explendam, neq; cum scandalo infirmorum eas usurpemus. Vide 1. Cor. 10, 23. 28. & seqq.

Abusus 1. In defectu. 15 Cæterum abusus diligenter cavendus est, qui geminus esse potest: alter in defectu peccans, alter in excessu. In defectu, si liberrimam DEI potestatem negemus in aliqua parte earum, quæ absolute ipsius dominio subjacent. Hoc enim nihil aliud esset, quàm Deo jus suum eripere, & supremam ejus majestatem imminuere, & quasi in angustias redigere. Id quod multis modis fieri potest: sicut ex ante disputatis apparet.

2. In excessu. 16 In excessu autem, si liberam DEI potestatem ad ea quoq; extendamus, quæ ipsi DEO per naturam simpliciter insunt, nec ideo sub dominium ejus ulla ratione cadunt. Hoc enim nihil aliud esset, quàm Deum mutabilem, aliunde pendentem, & sic ipso minorem vel inferiorem efficere. Id quod multis similiter modis fieri posse, ex superioribus abunde manifestum est.

ΖΗΤΗΜΑΤΑ.

1. An suprema DEI potestas, prout DEI propria est, alicui creaturæ communicari possit? Neg.
2. An deceat, Principem aut Dominum aliquem mundanum legibus esse solutum? Neg.
3. An certissima sit Magni Antichristi nota, arrogare sibi in religione dominium absolutum? Aff.

Disputatio

Disputatio VIII. DE DEO.

In qua agitur de Bonitate ac Benignitate, item Gratia & Misericordia DEI:

Proposita ad diem XXX. Augusti, anno [illegible]. Respondente

OSWALDO KELLERO Tigurino Helvetio.

THESIS I.

HACTENUS *de illis DEI attributis actum est, quæ in ipso DEO quasi principia sunt agendi: nempe de potentia, scientia, voluntate, ac potestate. Sequuntur ea, quæ velut affectus [illegible] qualitates, cum ipsi, tum ejus actionibus inhærent: ut sunt bonitas, misericordia, justitia, veritas, [illegible] ira, odium, &c. Et hac quidem Disputatione de Bonitate DEI agemus, deque iis attributis quæ vel eandem præsupponunt, vel saltem [illegible] significationem & naturam obtinent.* Transitio.

2 Bonum esse *Deum, [illegible] universæ [illegible] literæ [illegible], ipsa etiam opera tam naturæ, tum gratiæ abunde testantur, in quibus hanc bonitatem quasi degustare & videre possumus. Psal. 34, 9. Et Christus [illegible] hominem bonum, [illegible] Deum nempe, esse affirmat. Luc. 18, 19. quum tamen alibi etiam homines boni, imo omnes creaturæ Dei bonæ esse prædicantur. Gen. 1, 31. Psal. 125, 4. Matth. 12, 35. Act. 11, 24. 1. Tim. 4, 4.* Bonum [illegible]

3 *Sed nimirum bonus est Deus a seipso, & per naturam suam: estque bonitas in ipso originalis, sive independens, & proinde absoluta & immutabilis, immensa, excellentissima & omni modo perfecta. Reliqua autem entia quicquid habent boni (ut certe omne ens, quà ens, bonum est) a DEO OPT. MAX. tanquam ejus essentiæ [illegible] participant. Act. 17, 24, 25. Rom. 11, 36. Jac. 1, 17.* Infinita & [illegible]

Multa significat.

4 Vocatur autem in Literis bonum (ut docent Schol.) quicquid est utile, suave, iucundum, pulchrum, honestum, et desiderabile: [illegible] quod beneficum & liberale: denique quicquid est appetibile, & amabile propter eam quam sibi vindicat aut perfectionem [illegible] quod [illegible] appetunt. Vide exempla huius vocis significationis Gen. 1. & 2,9. & 3,6. & [illegible] [illegible]

Omnia bonorum genera continentur plenius.

5 Quare cum Deus omnia bonorum genera perfectissime in se includat; sive illa animi, sive corporis, sive externa bona dicantur; sive ea item ad sanctificationem, sive ad utilitatem, sive ad delectationem referantur omnino contineantur, cum summe bonum esse dicitur, non modo de omnibus rebus optabilibus ac pulcherrimis modis [illegible] atque amicum maxime appetibilem: sed etiam erga alios impertire liberalem, benignum, aequum, placidum, & humanum: praes[illegible] bonum est sui ipsius communicativum.

Malum nec quicquam mali in Deo est.

6 Ex quo porro efficitur, non modo nihil mali in DEO esse; sed neque ullius mali, quod quidem simpliciter & per se malum sit, parte[m] [illegible] ipsum auctorem esse posse. Contrarium enim, quod subiectum naturale est alterum contrarium nullo modo admittit. Et praeterea omne agens agit sibi simile. Quare cum bonitas sit DEO natura[lis] [illegible] non patet, nisi quod bonum & perfectum est, ab eo proficisci. Vide Deut. 32,4. Iacob. 1,17. 1. Ioh. 1,5.

Elenchus errorum.

7 Insignis igitur error fuit Cerdonis & Marcionis, qui cum duos Deos imaginati essent, alterum eorum (quem tamen creatorem esse fatebantur) malum, saevum, truculentum, et sanguinarium esse dixerunt: quippe qui praeceptum tradidisset, & hominum bellis in V.T. [illegible] delectaretur: alterum vero Patrem Dn. N. I. Christi bonum & misericordem esse praedicarunt. Vide Tertull. contra Marcion.

Alius elenchus.

8 Nec minus est perniciosus error Libertinorum, qui unum illum verum Deum, perinde malorum ac bonorum omnium causam esse

agere

assentimur, ne scilicet ipsius omnipotentia, & circa peccatum providentia aliquid perlibuerit. Vide Calvin. contra Libertinos. 11.

9 *Scripturae S. itaque Deum bonum esse praedicant, etsi nonnunquam eo nomine illam virtutem ac naturalem perfectionem designent, plerumque tamen eam bonitatem potissimum intelligunt, quae erga alios benigna est. Atque haec idcirco* Benignitas *(Hebraice* Chesed*) appellatur, quam veteres interpretes passim vertunt misericordiam. Est ipsa videlicet DEI liberalitas ac munificentia, qua beneficiandi se creaturis suis exhibet, sive bonum aliquod donando, sive peccatum condonando, sive aliud quodpiam mali avertendo. Vide Psal. 25. & 103. & 145. & 118. & seqq.* Ubi *Deum* [illegible] *potissimum bonum praedicant, quatenus benignus est, & perpetuo* [illegible]. Benignitas Dei.

10 *Et quamvis haec benignitas DEI naturalis sit, ejus tamen usus ac dispensatio erga creaturas in ipsius est arbitrio.* Unde *fit, ut alia quidem sit generalis, quam erga omnes creaturas exercet: alia specialis, quam erga quasdam creaturas affectat, quae & ipsa varia est pro variis* [illegible] *gradibus. Alia enim* [illegible] *alia* [illegible] *alia denique* [illegible] *in singulis rerum* [illegible] *differunt.* Usus ejus.

11 *Quare si omnia DEI opera animo percurramus, tum creationis, tum redemptionis, deprehendemus verissimum esse, quod ait Psaltes, Psal. 145.9.* Bonus est Jehova universis *& Psal. 33.5.* Benignitate *Jehovae plena est terra. Nempe quia* hominem [illegible] conservat *ut est Psal. 36.7.* Et solem suum oriri facit super bonos & malos. *Matth. 5.45. Atque* [illegible] *humanum* [illegible] *Gen. 8.* [illegible] *& alibi passim videre est.* Generalis.

12 *Est ergo* [illegible] *singularis est DEI bonitas, quippe specialis.*

[illegible] adversus incredulos & semper esse dicitur Rom. 11, 22. quum tamen alibi ipsius bonitas & benignitas [illegible] nes et ingratos homines praedicetur. Luc. 6, 35. & 1. Tim. 4, 10. immo [illegible] bonitatis ipsius [illegible] esse dicantur [illegible] Huc illud Psal. 73, 1. Bonus est Jehova Israeli, [illegible] *& Thren. 3, 25.* Bonus est Jehova exspectantibus [illegible] animae quae quaerit ipsum. *item 1. Tim. 4, 10.* Servator est omnium hominum, maxime tamen fidelium.

Ratio inaequalitatis.

9 *Haec bonitatis* inaequalitas *[illegible] est non solum liberrimae DEI voluntatis, sed & summae sapientiae & aequitatis [illegible] facit ad totius universi [illegible]. Nam si aeque bonus esset Deus erga omnes, videretur omnia facere absoluta necessitate, immo videretur [illegible] esse ipsius bonitas, quippe in qua neque sapientia, neque justitiae ratio ulla appareret. Hinc est quod 2. Tim. 2, 20.* in magna domo dicuntur esse omnis generis vasa. *item quod 1. Cor. 12, 14.* totius corporis pulchritudo ex variis membris resultare *dicitur. Huc etiam pertinet, quod Deus dicitur Ephes. 1, 11.* facere omnia secundum consilium voluntatis suae. *denique illud, quod scriptum legimus Psal. 18, 26, 27.* Cum benigno benignus eris: & cum perverso ages perverse, &c.

Contraria vitia [illegible]

10 *Caeterum huic divinae virtuti nihil tam repugnat, quam esse* malignum, parcum, invidum, durum *&* inhumanum, *qualem improbus ille servus Deum esse [illegible] Matth. 25, 24. Nam eidem nihil tam convenit, quam esse bonum [illegible], immo prodigum suorum bonorum erga alios, qualem se paterfamilias ille praedicat Matth. 20, 15. Non enim verendum est, ne nimis prodigus sit Deus, qui suae liberalitatis absolutam regulam habet in seipso, nempe naturalem sapientiam cum justitia & bonitate conjunctam.*

III. Gratiae Dei significatio.

11 *Tantum de bonitate ac benignitate DEI. Sequitur* Gratia, *quae in S. literis aliquando pro venustate & elegantia accipitur, ut cum Prov. 31, 30. dicitur:* fallax est gratia, & vana pulchritudo. *Aliquando gratuitum favorem & benevolentiam significat: ut cum*

[illegible] & Maria dicuntur invenisse gratiam coram Deo
Gen. 6, 8. Luc. 1, 30. *Denique nonnunquam pro [illegible] donis ex favore* [illegible] *sumitur: ut cum* unicuique nostrum *dicitur gra*tia data esse pro mensura donationis Christi. *Ephes.* 4, 7. [illegible] *cum vocamur* dispensatores variae gratiae Dei. 1. *Pet.* 4, 10. [illegible] *quod eleemosyna* [illegible] *in pauperes collata* [illegible] 1. *Cor.* 16, 3. & 2. *Cor.* 8, 4. 6.

16 *Vocatur igitur Deus in Scriptura gratiosus (Hebraice* [illegible]*)* Definitio.
[illegible] *placidus & amabilis est; tum imprimis quod liberè ac liberaliter nobis gratificatur, & favorem de suo largitur.* [illegible] *cum clementia sua misericordia &* [illegible]. *Vide Exod.* 34, 6. *Psal.* 86, 15. & 103, 8. & *passim.*

17 *Et hactenus gratia* [illegible] naturalis DEI *proprietas: quatenus* [illegible] *est, quod* DEI *benignitas seu liberalitas,* [illegible] *quod benignitas affectum erga omnes creaturas, gratiositas autem singularem animi propensionem erga eos quos ratione* [illegible] *erga homines significare videtur, ac praeterea ipsam benefaciendi promtitudinem & alacritatem clarius exprimere. Quatenus autem* [illegible] *benevolentiam significat, effectum est* [illegible] *sed internum, adeoque proximum in ipso* DEO [illegible] *ut non nisi ex effectis cognosci & sensum efficacis* [illegible] *in nobis habere possit. Quam* [illegible] *Apostolus in initio Epistolarum* [illegible] *gratiam & pacem à* DEO *precari solet. Rom.* 1, 7. 1. *Cor.* 1, 3. *Ephes.* 1, 2. &c.

Quomodo [illegible] vel affecta [illegible]

18 [illegible] *haec* DEI benevolentia *seu favor, est illa ipsa gratia, per quam passivè nos* [illegible] *justificari ac servari dicimur: non est autem aliquod* [illegible]*, h. e. gratiae donum, aut qualitas aliqua* [illegible] *nobis inhaerens, neque dignitas aut perfectio* [illegible] [illegible] *ad salutem nobis* [illegible] *sive omnes* [illegible]. *Vide Rom.* 3, 24. & 4, 16. *Gal.* 2, 21. *Ephes.* 2, 8. *Tit.* 2, 11. 12. & 3, 5. *Vide etiam Augustinum* [illegible].

Gratia [illegible] quid sit, & [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] gratia.

19 Huius gratiæ o[illegible] non in nobis est, sed in solo DEO; [illegible] [illegible] in immensa ipsius erga nos bonitate. Quare etiam pura [illegible] [illegible] [illegible] propter [illegible], vel aliena meriti respectu [illegible] [illegible] [illegible] propriè est pura gratia, quam esse [illegible] [illegible] gratuitam, & ex mera liberalitate profectam: id quod tamen [illegible] [illegible], [illegible] est, qui gratiam DEI à nostris meritis [illegible] [illegible] [illegible] Rom. 4, [illegible] & [illegible] Ephes. 2, [illegible] & [illegible].

[illegible] [illegible] [illegible].

20 Est quidem [illegible] hæc salutaris DEI gratia (de hac [illegible] [illegible] agimus) & certis quibusdam partibus distincta; quarum alia aliarum causæ, vel effecta dici possunt. Sed tamen inter has effectum nullum est, à quo ipsa [illegible] [illegible] suspendi possit: quia nulla causa effectum sit sui effecti. [illegible] [illegible] ad ventus Christi [illegible] [illegible] eiusque prædicatio, obedientia, mors & passio, denique gloriosa [illegible] [illegible], causa est iustitiæ & salutis nostræ; effectus autem est, non causa, gratiæ divinæ: quippe à qua pendet, quicquid in Christo & per Christum boni nobis contigit. Vide Rom. 3, 24, 25. & 4, 25. Gal. 1, 4. & 2, 2[illegible]. 2. Tim. 1, 9, 10. Hebr. 2, 9, 10. 1. Ioh. 4, 9, 10.

Quatenus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

21 Absoluta etiam est hæc gratia, quatenus absoluta Dei beneplacito, non autem prævisione nostrorum meritorum, nititur. Conditionalis autem, quatenus ita ordinata est, ut primaria eius [illegible] [illegible] remissionem peccatorum & salutem æternam adipisci ne possimus, promissioni annexam [illegible] fidei conditionem: quæ tamen & ipsa gratiæ effectum est simpliciter. Vide Ioan. 3, 16. & seqq. [illegible] & 3[illegible] & seqq. Ephes. 2, [illegible] & seqq.

Adiectio [illegible] [illegible] gratia.

22 Hinc adeò fit, ut, quamvis salutaris DEI gratia omnibus hominibus in Evangelio, & [illegible] quidem ex parte DEI, offeratur; non omnes tamen reipsa participes illius evadant: quia videlicet non omnes, sed aliqui tantum, [illegible] [illegible] [illegible] fide ipsam amplectuntur. Neque enim satis est, gratiam nobis offerri, nisi eandem percipiamus: percipi autem non potest absque vera fide. Vide Ioan. 1, [illegible] & seqq. Tit. 2, 11, 12, 13. 1. Tim. 2, [illegible].

23. Quid

23 Quod ad distributionem illam Gratiae DEI attinet, in operantem & cooperantem, sive praevenientem & subsequentem, item in sufficientem & efficacem, denique in gratis datam & gratum facientem: ea potissimum ad quaestionem de viribus arbitrii nostri, deque auxiliis & cooperationibus DEI in negotio salutis, & potissimum quidem in ipsa conversione recte explicandam, pertinent: ideoque nunc hoc a nobis praetermittuntur. Distinctiones aliquot gratiae [illegible]

24 Aliam vero quandam gratiae distinctionem hic observandam esse putamus, ex qua videlicet intelligere possimus, quando & quo modo salvifica DEI gratia nobis contigerit. Est enim gratia DEI partim praeveniens sive aeterna, nimirum quae nobis data est in Christo Iesu ante tempora secularia, 2. Tim. 1, 9. partim operans, sive exequens, quae reipsa nobis in tempore contingit. Ibid. v. 10. [illegible] gratiae.

25 Porro haec DEI gratia partim & obscurius in V. T. administrata est, hoc est promissa, adumbrata & velut omnibus aeternis involuta; [illegible] autem & manifestius in N. T. per Christum patefacta & exhibita est. Unde et lex & gratia saepius in Scriptura tanquam [illegible] & [illegible] inter se opponuntur, Iohan. 1, 17. Rom. 6, 14. 1. Pet. 1, 10. Unde etiam differentia V. & N. T. [illegible] Oppositio legis & gratiae.

26 Sic et misericordia DEI, quae clementiam eius ipso affectum seu propensionem miseris succurrendi significat, ea potissimum in malis avertendis, perinde ut gratia in bonis largiendis, occupatur. Id quod ex Hebraeo verbo racham, unde [illegible] [illegible] intelligi potest: quod cum utrumque hoc verbum misericordem quandam [illegible] profundam cordis commotionem erga afflictos & miseros significat. Vide 2. Sam. 1, 26. Luc. 7, 13. IV. Misericordia DEI.

27 Non quod in DEO ipso sit aliqua animi aegritudo aut tristitia ex alienis malis concepta: ut quidem Cicero in 4. Tuscul. & Seneca in lib. de Clement. misericordiam definiunt (unde postea [illegible] ea certe quidem virtutem tribuendam esse putavit [illegible] quando ali- quando in DEO [illegible] vel sit [illegible].

enim

nostram miseriam & calamitatem, sibi facile suadeat [illegible] & [illegible] ps sua bonitate laborantib. omnino opem ferat: denique consideratione nostrae fragilitatis, multa nobis indulgeat, & non unquam summo iure nobiscum agat. Vide Musculi & Zanchij de misericordia DEI.

Cognomina [illegible] eiusdem [illegible].

18 Hoc enim significant illa praeclara DEI epitheta, quibus passim in Scriptura ornatur: ubi subinde vocatur in V. T. Rachum, Arech appaim, Sallach; item in N. T. [illegible] misericors, clemens, longanimis seu tardus ad iram, condonator, miserator, pater misericordiarum & Deus omnis consolationis; cuius magna est, & multa & opulenta misericordia. Neque aliud sane DEI attributum, quod crebrius nobis considerandum in Scriptura proponatur: quippe quod miseris mortalibus efficacissimum est solatium in miseriis consolandis, ac prolixe [illegible] auxilia ac beneficentia spei animi argumentum. Vide Exod. 34,6. & 22,27. & [illegible]. Deut. 4,31. Psal. 78,38. & 86,15. & 103,8. & 111,4. & 116,5. Joel. 2,13. Jonae 4,2. Luc. 6,36. 2. Cor. 1,3. Ephes. 2,4. Tit. 3,5. Jac. 5,11.

[illegible]

19 Huic affectui maxime repugnant crudelitas, saevitia, inclementia, implacabilitas, & [illegible] quae ultra pro meritis punit; [illegible] a DEO abesse oportet. Nam licet alicubi improprie & [illegible] ridere dicatur in calamitate impiorum. Prov. 1,26. item gaudere dum eos perdit atque exscindit. Deut. 28,63. denique velut hostis se gerere adversus eos quos gravissime punit. Thren. 2,5. & [illegible] proprie tamen & simpliciter ac per se, malis hominum [illegible] delectatur, nec libenter, nec subito quemquam affligit, quippe qui alienum opus suum esse testatur, cum severius punit. Vide Psal. 30,6. Ezech. 18,23. Thren. 3,33. Esa. 28,21. Vide etiam Sapient. 1,13. & seqq. & 11,24. & seqq.

An & quo- [illegible] [illegible] [illegible].

20 Quod autem vulgo misericordia iustitiae opponitur, id eatenus admitti potest, quatenus per misericordiam, non ipsam naturalem miserendi affectionem, sed liberum gratuitae voluntatis effectum: et per iustitiam nomine non aequitatem ipsam sive rectitudinem, sed

iram

iram seu vindictam DEI, quæ similiter effectum ipsum est, intelli-
gimus. In quam sententiam inquit Deus Ezech. 7,4. Iaciam in te
core meo, non parcet oculus meus, non miserebor, &c. alibi
furorem vel excandescentiam suam misericordiæ opponit. Sic Jerem.
13,14. & 16,5. Quo sensu etiam Apostolus benignitatem & se-
veritatem Dei inter se opponit. Rom. 11,22. item Jacobus 2,13. mi-
sericordiam & judicium seu damnationem. Alioqui fieri non
possit, ut ipsæ naturales DEI qualitates verè inter se contrariæ sint:
quales sunt misericordia & justitia propriè dictæ.

51 Porrò misericordia DEI alia generalis est, quæ sese ad omnes afflictas creaturas extendit, qua videlicet Deus esurientibus, frigētibus, ægrotantibus, aut alio quovis modo periclitantibus subvenire solet. Unde misericordia ejus in omnibus ipsius operibus inesse dicitur Psal. 145,9. Cujus rei exempla cōplura de captivis, exulibus, mancipiis, viduis, pupillis & similibus aliis extant Psal. 107. De-ut. item Psal. 146,7.8.9. & alibi passim. Misericordia Dei generalis.

52 Alia est specialis, quæ erga miseros peccatores, ex animo resipiscentes, & ad thronum gratiæ confugientes, utitur, eos præsertim, qui ex ignorantia aut fragilitate peccant, quibus omnia peccata clementer & liberaliter condonat. Vide Psal. 25,7. & 51,1. & seqq. & 103, 13. 1.Tim. 1,13. Heb. 4,16. Atq; hi propterea vasa misericordiæ dicuntur, præparata ad gloriam: quum impii & increduli sint vasa iræ ad exitium coagmentata. Rom. 9,22,23. Specialis erga peccatores.

53 Hæc specialis misericordia iterum duplex est. Una ordinaria seu perpetua, quippe verbo promissionis alligata, qua scilicet Deus perpetuò utitur erga resipiscentes, quibus ex pacto seu fœdere gratiæ debita omnia condonat: & porrò salutem vitamq; largitur. De qua vide Exod. 34,6,7. Deut. 4,30,31. & 30,2,3. Act. 2,38. & 3,19. & passim alibi. Porrò hujus respectu dicitur Deus omniū misereri. Rō. 11,32. Ordinaria erga omnes resipiscentes.

54 Altera est extraordinaria, qua non perpetuò Deus utitur, sed tum demum, cum sibi visum fuerit, quippe quæ ab omni pro- Extraordinaria erga quosdam

[illegible] misericordia libera & absoluta est: qua [illegible] peccatorem quemlibet ita ad se convertendum praevenit, ut non modo veniam & salutem illi [illegible] quidem gratuitò offerat, sed etiam peccatis [illegible] efficaciter ad se trahat & alliciat. De qua vide Ephes. 2,4,5. Tit. 3,4. & seqq. Atque huius respectu dicitur Deus misereri quem vult. Exod. 33,19. Rom. 9,15.

Collatio [illegible] misericordia.

55 Ex quo apparet, illam posteriorem misericordiam magis specialem esse, quam illam priorem. Quamvis enim Deus peccatoribus etiam resipiscentibus, exclusâ misericordiae promissione, iure castigare posset; ac proinde cum iis parcit, misericordia erga eos utatur; aliorum tamen, quos [illegible] resipiscentes ita, ut dictum est, praevenit, singulari quadam misericordia dignatur, quippe quos simpliciter, seclusâ etiam misericordiae promissione, iure poterat punire in peccatis abjicere. Confer Psal. [illegible] & [illegible] & [illegible] &c.

Tempus huius misericordiae [illegible] praesens.

56 Sed utraque haec specialis misericordia tantum in hac vita nobis contingit: sic tamen, ut [illegible] in [illegible] iudicii die plene percepturi simus. Nam post quam [illegible] factus, nullus restat locus poenitentiae, aut vitae emendationi; proinde nec remissioni peccatorum amplius impetrandae. Id quod contra Pontificiorum Purgatorium [illegible] hic notandum est. Luc. 16,26. & seqq. Gal. 6,9,10. 2 Tim. 3,[illegible].

V. Usus doctrinae. 1. Fiducia & spes.

57 Caeterum doctrinae hactenus explicatae varius est usus. Primus ac praecipuus est fiducia & spes erga Deum, sive antidotum desperationis de gratia DEI. Quis enim ei confidere recuset, qui natura sua bonus est, benignus, liberalis, gratiosus, clemens, ac misericors; alienus autem ab omni malitia, invidia, saevitia, & sordida tenacitate? Quis de illius misericordia desperet, ac non potius libenter ad eum se recipiat, quem erga omnes, praesertim verò poenitentes & pios, benignissimum, facilem, & placabilem esse constat? Qualem Deum esse, ex ante dictis perspicuè apparet. Praeter haec autem videantur integra capita [illegible], ubi de istis DEI attributis copiosè disseritur.

2. Gratitudo.

58 Alter usus est gratitudo erga Deum. Si enim benignus & liberalis

[illegible] est erga nos, tam docendo, tam condonando, ut certè quo- [illegible]: pudeat igitur nos adversus ipsum esse ingratos & maleficia pro beneficiis ipsi rependere. Vide Deut. 32. 6. & seqq. Esa. 1. 2. & seqq. & [illegible] & seqq. ubi populo Israelitico sua ingratitudo [illegible] argumentis exprobratur.

39 *Tertium est, patientia in rebus adversis. Quum enim Deus natura benignus, clemens ac longanimis sit, non sinet nos supra vires tentari, sed [illegible] nostris praestabit, & in ipsa etiam miseria [illegible] sua [illegible]. Quare aequum est, nos [illegible] ferre, dum ipse ad nos respiciat. Vide Thren. 3. [illegible] & seqq. [illegible]* b. Patientia.

40 *Quartum est, animi modestia, seu humiliatio nostri erga [illegible] DEI gratia [illegible], [illegible] est [illegible], [illegible] gloriandum est. [illegible] & seqq. [illegible] & passim alibi.* c. Humilitas.

41 *Quintum est, studium charitatis & misericordiae erga proximum. Qualem enim Deum erga nos experimur, talem [illegible] erga alios esse convenit, ut [illegible] Patris nostri caelestis referamus: praesertim quum [illegible] erga nos misericordia [illegible], ut [illegible] misericordes [illegible]. Vide Matt. [illegible] & [illegible] Luc. 6. [illegible] Ephes. 4. [illegible] Coloss. 3. [illegible].* d. Charitas erga proximum.

42 *[illegible] est, continuatio poenitentiae seu conversionis ad Deum. Quum enim bonitas DEI nos ad poenitentiam invitet, ac [illegible] DEI misericordia [illegible], [illegible] admodum incertum sit, contingat [illegible], ut [illegible] tempore emendemus, [illegible] iram DEI gravissimam nobis accumulare nolimus. Vide Rom. 2. 4. [illegible] & seqq.* e. Poenitentiae continuatio.

43 *[illegible] praecipuus est [illegible] & [illegible] est, quod [illegible] DEI [illegible] plerique aut praeter-* [illegible]

sive contemnatur, aut parùm digna æstimetur, eiusq; gratia ad incontinentiam transferatur, & in occasionem rapiatur licentiæ peccandi, quemadmodum iam tum Apostolorum temporibus factum fuisse, exemplis illorum apparet. Vide Matth. 22. 2. & seqq. Rom. 2, 4. 5. & 6, 1. & seqq. Iudæ v. 4. & seqq.

Epilogus. 44 Quare sic confidendum est bonitate, gratia & misericordia DEI, ut ipsam dignè quoq; æstimemus, & quonam, qualisnã, quomodo, quando, & quamdiu contingat, diligenter consideremus. Ita fiet, ut hæc doctrina nobis frenum sit adversus peccatum, calcar ad pietatem, remedium adversus desperationem, & totius nostræ salutis fundamentum ac munimentum. Quod faxit Deus Opt. Max. per Dn. N. Iesum Christum, Amen.

Disputatio IX. DE DEO.

In qua agitur de Justitia & Veritate DEI.

Proposita ad diem XXII. Augusti, anno 1601. Respondente
PAULO LEONHARDO Coloniensi.

THESIS I.

Transitio. POST explicatam Bonitatis ac Misericordiæ divinæ attributum, ordo postulat, ut de Justitia & Veritate DEI videamus. Nam inter hæc attributa non rei tantùm, sed & nominis ac significationis maxima cognatio est. Adeoq; Justitia (ut verbis Tertulliani utamur lib. 2 contra Marcionem) non species solummodo, sed & tutela deputanda est Bonitatis: quia Bonitas, nisi Justitiâ regatur, ut justa sit, Bonitas non erit, &c.

Significationes. 2 Justitia DEI (quæ in V. T. Zedakah, in N. δικαιοσύνη appellatur) aliàs propriè sumitur pro virtute seu qualitate DEO (ut sic dicamus) naturaliter inhærente; de qua nobis hic sermo est: aliàs impropriè justitiam fidei, qua coram DEO justificamur, quæq; justitia

legis

vel approbatur, significat: de qua videre est Rom. 1,17. & 3,21,22. & 10,3. Philipp. 3,9. & passim alibi. Sed de hac aliàs uberius, unde DEI agemus.

3 Hæc autem fidei justitia metonymicè DEI justitia vocatur, quia Deus non modo singulariter eam approbat & præstat, sed & veram justitiam suam in ea præcipuè demonstrat. Rom. 3,25,26. Quo etiam sensu ipsum Evangelium Potentia & Sapientia DEI appellatur, quia videlicet utriusque hujus divinæ virtutis illustrissimum speculum, vel si quis mavult, evidentissima demonstratio est. Rom. 1,16. 1 Cor. 1,24. & 2,6,7. Ratio hujus denominationis.

4 Justitia DEI propriè dicta, est naturalis DEI proprietas, per quam ipse in Natura & omni actione sua justus ac rectus esse intelligitur. Sive, est essentialis divina integritas ac rectitudo, qua fit, ut æquitatem ac decentiam tum erga seipsum, tum erga alios observet, quæque in omnibus ipsius operibus eluceat, aut saltem insit. Definitio veræ justitiæ DEI.

5 Etenim S. literæ, quoties veram DEI justitiam nobis describunt, integritatis, æquitatis ac rectitudinis, si non expresse, at tacitè saltem meminerunt. Ut Deut. 32,4. Perfectum est Dei opus: omnes viæ ejus judicium. Deus fidelis est, & nō est in eo iniquitas: Justus & rectus est. Et Psal. 25,8. Bonus & rectus Jehovah, &c. Et Psal. 119. in Zade: Justus es Jehovah & rectum judicium tuum. & Ezech. 18,25. Num via mea non est æqua? An non viæ vestræ non sunt æquæ? &c. Probatio definitionis ex Scriptura.

6 Hæc igitur justitia, quia Deo essentialis est, fieri non potest, quin perpetua comes ipsius operum omnium sit: quam Deus in agendo natura sua nunquam immutaret, quippe qui seipsum negare non possit, ut videre est 2. Tim. 2,13. Atque hinc diserte scriptum est Psal. 145,17. Positio.

Iustus est Iehovah in omnibus viis suis, & benignus in omnibus operibus suis. Et Psal. 116. 5. Natura DEI [illegible] describitur: Clemens Iehovah & iustus, & Deus noster misericors.

21 7 *Ex quo porro consequitur, nullam iniustitiam, puta iniuriam, iniquitatem, falsitatem, nihil denique quod cum vera [illegible] pugnet, in DEO unquam [illegible] locum habere posse. Nam et natura DEI simplex atque immutabilis est, ut quae contrarias qualitates admittere non possit: nec quicquam ipse contra naturam suam (ut iam saepe meminimus) agere potest.*

5 8 *Praeterea quum Iustitia (ut omnes aliae proprietates) in DEO perfecta sit et infinita, nullam veram iustitiae speciem excogitari posse, quae non in ipso reperiatur; si modo non aliquem defectum aut imperfectionem aliquam in se comprehendat.*

[illegible] 9 *Quocirca propterea notandum est, ne quibusvis [illegible], omnem humanam iustitiae speciem DEO attribuendam esse. Sunt enim quaedam (ut sic loquar) iustitiae inferiorum erga superiores, item parium erga pares, ut [illegible], observantia, gratitudo, satisfactio, & similes aliae, quae DEO, utpote supremo omnium Domino & Principi absolutissimo, qui nec parem, nec superiorem habet, tribui non possunt.*

10 *Sed quatenus Iustitia simpliciter [illegible] aequitatem, rectitudinem, ac decentiam, & quidem absque omni imperfectione significat, ea in DEO & agnoscenda & praedicanda est; omnique [illegible] praestat, quidem longissime a Natura simul & operibus DEI removenda est.*

[illegible] 11 *Quo ut planius intelligi possit, Iustitiam DEI [illegible] ut generalem quandam virtutem, multas alias ambitu suo complectentem, deinde ut particularem, [illegible] considerabimus, [illegible] methodum Philosophicam [illegible] sequemur.*

Iustitia Dei generalis. 12 Universalis DEI *iustitia nihil aliud est, quam (ut supra [illegible]) naturae suae ipsius in seipso absoluta integritas & perfectio, qua [illegible]*

ut ipse

ut ipsi & naturæ & officio, sive statui & conditioni suæ, per omnia respondeat, nec unquam ab incorrupta illa rectitudine, quæ ipsi naturalis est, cujusque semina quædam rationalibus creaturis indidit, in ulla actione sua recedat.

13 *Hanc igitur qui rectè intelligere volet, necesse est, ad ipsam DEI naturam, & naturalium ad eas proprietates, quæ hactenus aliquot disputationibus explicatæ sunt, accuratè respiciat. Nam ut humana in unoquoque res justum censetur, quod ipsius rei naturam, statum & conditionem decet; sive quod personæ & officio ejus consentaneum est, sicut in rebus civium, justi judicis, justi mariti, aut domini, aut servi, & aliis infinitis exemplis apparet. In quam sententiam rectè dicere magnus quidam [illegible] putatur esse, qui dixerit, quid sit justitia DEI, scire qui, si Deum justum esse, [illegible] quid sit Deum esse, [illegible] non multum ignoratur. Vide [illegible] de Justitia DEI.* Ex natura Dei justitia intelligenda.

14 *Non enim justitiam DEI ad leges humanæ justitiæ (præsertim si hæc ad diversos hominum status & officia referatur) examinare convenit: quoniam atque apud homines injustum id sit, quod Deus ipse facit: nempe quod peccata hominum velit, puniat, & æquales inæqualiter tractat: & contrà, si quid apud illos justum sit, quod hic nulla ratione, unde justè facere possit, ex parte supra liquido videmus.* Non ex humana justitia judicanda.

15 *Quare ne vel justitiam aliquam DEO dignam, ipsi (quemadmodum nobis est) adimamus, vel contrà aliquam ipso indignam (puta quæ sententiam, vel potentiam, aut sapientiam aut bonitatem, aut liberrimam potestatem aut has simul omnia [illegible] aut ministerio temporali [illegible] aliquam arguat) eidem affingamus: necesse omnino est, ad ipsam DEI naturam, qualis in S. literis describitur, unde semper intentos habeamus, ut ex ea, quid Deum in unoquoque deceat, vel non deceat, aliquatenus assignare possimus.* Ratio.

16 *Nam tametsi verum est solam DEI voluntatem in iis omnibus, quæ extra se vult aut facit, quæque ipsius dominio subjecta sunt,* Non tamen [illegible] Dei voluntate.

absolutam

absolutam justitiae regulam esse, quatenus scilicet perfectissima voluntas esse debet. Deum nihil unquam injuste velle aut agere posse: non tamen ex eo, quod Deus aliquid vult, vel non vult, perspicue videtur necesse, quid apud Deum, tam in genere, tam in specie, justum vel injustum sit.

Ratio.

17 Cujus rei aperta ratio est, quod objecta justitiae divinae (sicut & bonitatis & potentiae) latius patent, quam objecta liberae voluntatis. Nam nisi ita esset, nec plura nec alia Deus velle posset, quam quae ille vult, siquidem nihil injustum velle potest. Quare tametsi nihil vult aut facit Deus, quod non idem sit justum; non tamen omne quod justum est, vult aut facit: sicut nec omne bonum et possibile vult aut facit, etsi nihil vult aut facit, quod bonum & possibile non sit.

Postulatum regula generalis justitiae.

18 Ut igitur regula suo regulato per se adaequata sit, statuendum omnino est, id omne justum esse, quod naturae & voluntati Dei consentaneum est; id vero injustum, quod eidem naturae ac voluntati Dei contrarium est: ut videlicet voluntas Dei actualis cum ejusdem natura conjungatur, atque ex ea aestimetur. Non enim actualis voluntas, hoc est, id quod Deus aliquid vult; sed immutabilis Dei natura Deo ipsi pro lege est, a qua etiam nullo pacto recedere potest. Alioqui verum quidem erit, quidquid Deus vult, id esse justum; non tamen verum erit, quidquid Deus non vult, id esse injustum, propter rationem videlicet paulo ante allatam.

Specialis justitiae ratio.

19 Caeterum Justitia Dei generatim ita considerata pro varietate operationum, itemque statuum ac conditionum, quas ipse Deus in suo verbo passim sibi tribuit, varias quoque speciales significationes accipit: quae tamen omnes cum generali illa, hactenus exposita, pulchre consentiunt: sicut deinceps ex praecipuarum specierum recensione clarius apparebit.

Ejus definitio.

20 Justitia igitur Dei speciatim considerata est, qua is suum cuique convenienter tribuit, prout videlicet illi personae, quam Deus in aliqua actione sustinet, consentaneum est: nisi quod imperfectionem i-

gnorum

hominem (ut superius indicatum est) in fungendo hujus aut illius personae officio perpetuo excludit. Vide Hier. Zanch. lib. 4. de Natura DEI cap. 1. quaest. 2.

21 Atque haec Justitia vel facti est, vel dicti: prout Deus enim in omni actione sua aequus ac rectus, sic in verbis etiam verax & fidelis est. Quanquam illa usitate Justitia, haec veritas dici solet. Divisio ejusdem.

22 Justitia facti est, qua in omnibus DEI decretis & operibus, etiam citra [illegible] ullius promissionem, aut aliam quamvis obligationem considerandis, perpetuo emicat: sive per quam juste facit quidquid facit, partim decernendo, partim exequendo. Justitia facti.

23 Porro facit Deus quaedam simpliciter ut Deus: quaedam etiam ut Dominus: quaedam praeterea ut Pater, aut Judex, aut Servator, & sic deinceps, prout varias personas ipse, respectu rerum creaturarum assumit. Ubi notandum est (quod & supra attigimus) quamcunque personam Deus sustineat, imperfectionem omnem in fungendo illius personae officio penitus ab ipso removendam esse. Sic n. alias personas assumit, ut Dei tamen & Domini personam deponere nunquam possit. Quae varia est, pro varietate personarum Dei.

24 Quatenus igitur simpliciter DEI personam sustinet (nunquam autem non eam sustinet) eatenus facit, quae Deum, qua Deus est, decent. Deus est, creat, conservat, gubernat omnia, atque ut aequus ac beneficus, &c. Hoc enim est DEI nomen & officium, sive, ut Hebraei vocant, Mispat, cui Deus, quia justus est, in actionibus suis non respondere non potest. Prima est Benignitas Dei propria.

25 Atque hac Justitia non raro ipsa DEI Bonitas, seu Benignitas ac Misericordia in S. literis Justitiae nomine insignitur: nempe quia naturae divinae consentaneum, ac proinde justum est, ut Deus suis creaturis, quamvis immeritis, benefaciat. Exempla vide 1. Sam. 12, 7. item Psal. 31, 2. & 40, 10 & 51, 16 & 143, 1 & passim alibi: ubi deinceps quoque commentatores Justitiam pro Bonitate & Misericordia positam esse annotarunt. Vide Musc. & Calv. super Psalmos. Appellatio ejus.

2. Est potestas Dei absoluta. 26 Siquidem Dominus perfectam [illegible] (ut semper [illegible] respectu omnium quae sunt extra ipsum) [illegible] facit, quae supremum Dominum decent: [illegible] quae liberrima ipsius potestas est [illegible] i.e. iuste sua omnia dispensat, ordinat, mutat, donat, [illegible] prout vult omnia, ad [illegible] sui gloriam [illegible].

[illegible] 27 Haec dominica (ut sic appellem) Iustitia in eo [illegible], quod naturae & conditioni absoluti Domini consentaneum est, ut [illegible] quidquid velit, dummodo neminem [illegible]. [illegible] aliud, Matth. 20, 13, 15. Amice, non facio tibi iniuriam, &c. An non licet mihi facere de meis, quod volo? [illegible] Rom. 9, 21. Annon habet figulus potestatem, ex eadem massa luti aliud vas faciendi ad decus, aliud ad dedecus? &c.

Quae tamen nunquam abusus. 28 Non est autem, quod quis vereatur, ne supremus ille Dominus sua unquam [illegible] abutatur, atque ita aliquando ex iusto Domino in [illegible] tyrannum degeneret. Sic enim Dominus est, ut tamen maneat Deus, h.e. per naturam bonus & iustus, cui natura nunquam ipse renunciare potest. Posset autem, si quid unquam iniuste ageret. Atque hoc est, quod supra diximus, iustitiam DEI, quae imperii [illegible] est, ex natura [illegible] DEI aestimandam esse.

[illegible] 29 Itaque suo quidem iure Dominus, prout vult, utitur; tamen nemini unquam iniuriam facit, h.e. neminem immerentem punit, neminem sine causa affligit; neminem alterius peccata, quibuscum ei nihil commune sit, tanquam propria adscribit: a nemine denique quidquam exigit, quod non ipse prius dederit, &c. Sunt Gen. 18, [illegible] Deut. 24, 16. Ezechiel. 18, 20 &c. Matth. 25, 26. Luc. [illegible] & passim alibi videre est. [illegible] ut rarissime [illegible] summo iure experiatur. Vide Psal. 104, [illegible] & 145, [illegible] Iob [illegible] &c.

Causa [illegible] hanc Dei iudicia. 30 Quod autem ratio huius Dominicae iustitiae non semper nobis apparet, in causa est ignoratio, vel saltem indiligens consideratio liberrimae DEI potestatis, cum summa sapientia & bonitate [illegible]

[illegible]

[illegible] ipsa in causa nostra imbecillitas, quâ fit, ut admirabilē DEI sapientiam in multis ejus operibus percipere non possimus. Unde etiam fit, ut justitiam Dei nostro modulo metientes, injustitiam ei interdum imprudentes affingamus. Vide Rom. 3,5. &c & 9, 14 & seqq. & 11,33 & seqq.

31 Porro quatenus personam Patris Deus sustinet (ut sane respectu electorum hominum, & Angelorum eam sustinet) paternum officium boni patris semper facit, h. e. filios suos impensè amat, paternâ cura complectitur, nutrit, alit, fovet, castigat, solatur, honore, gaudio & gloria afficit, &c. prorsus justum patrem decet: quo titulo Christus ipse Deum compellat. Johan. 17,25. [illegible] paterna in electos & clementia.

32 Juxta hanc igitur paternam justitiam, quatenus quidem homines respicit, dicitur verum tanquam filiorum suorum misereri, & ipsum timentes. Psal. 103,13. Spiritum S. & alia bona iisdem petentibus largiri. Matth. 7,11. Luc. 11,13. eisdemque indulgenter quidem tractare, sed tamen interdum etiam in officio vagantes castigare. Heb. 12,6. & seqq. denique omnia justi patris officia (sic tamen nullam imperfectionem arguant) liberaliter praestare, prout Psal. 25,10. disertè scriptum est: Omnes viæ Jehovæ clementia & veritas, custodientibus foedus ejus &c. Ad quē locū vide Calv. commentariū. Effecta ejus.

33 Quatenus postremò Judicis personam sustinet (ut quidem universorum angelorum & hominum respectu facit) officio etiam integerrimi judicis fungitur, h. e. causas omnium aequissimè cognoscit & sine ulla prosopolepsia juxta uniuscujusque opera judicat, praemiaque & poenas iis quibus constituit, tribuit & distribuit; nec unquam ejus judicium [illegible] clementia obliviscitur. Unde etiā immerito justus Judex in S. scripturis saepius appellatur, ejusque rectum & aequum judicium praedicatur. Psal. 7,12. & 9,5.8. & 17,2 & 50,6 & 96,13. & alibi passim. Huc etiam illa Abrahami ad Deum parrhesia Gen. 18,25. An judex universae terrae non faceret judicium? ad quam [illegible] Rom. 3,6. 4. Est Justitia Universalis.

Ejus partitio. 14 *Quae judiciaria seu judicatrix Justitia ut planius intelligatur, non inepte distribui potest in* Cognitionem & Retributionem. *Illa praescribit, ut omnium causae placide audiantur, &* [illegible] *quamvis* [illegible] *tamen ex* [illegible] *singularum inquiratur, & causa oppressorum* [illegible]*. Injustum enim est judicium, ubi* [illegible] *cognitionem* [illegible]*; aut ubi Judex non diligenter in merita causae inquirit.* [illegible] *Exod. 22, 23. testatur Deus,* se clamorem viduarum & pupillorum exaudire; *& Gen. 4, 10. ait,* vocem sanguinis Abelis ad se clamare. *Similia exempla Gen. 18, 21. Psal. 9, 13. & 10, 17.* [illegible] *Jacob. 5, 4. & passim alibi occurrunt.*

Retributiva Justitia. 15 Retributiva *Justitia exigit, ut unicuique secundum opera sua reddatur,* [illegible] *tur,* [illegible] *ut piis ac DEO obedientibus promissum praemium donetur, impiis autem & DEO rebellibus constitutum supplicium infligatur.* Nam justum est apud Deum, retribuere iis afflictionem, qui pios affligunt; piis vero qui affliguntur, relaxationem, *inquit Apostolus 2. ad Thess. 1, 6.*

Exercetur absque prosopolepsia. 16 *Utrumque autem Deus facere solet absque* personarum acceptione: *quippe quae directe justitiae contraria est. Tametsi enim pro dominica potestate sua, non modo beneficia sua inaequaliter distribuit, sed etiam peccatores diversimode tractat: non tamen idcirco prosopoleptes videri debet, quippe qui ad externas hominum conditiones in judicando nunquam respiciat. Vide Deut. 10, 17. Rom. 2, 11. Eph. 6, 9. Col. 3, 25. 1. Pet. 1, 17. Et confer Rom. 9, 18.*

Remunerativa Justitia. 17 *Itaque haec Justitia partim* remunerativa *est, partim* vindicativa. Remunerativa *hoc agit, ut quae merces pietati nostrae ex mera DEI benignitate constituta est, eadem piis omnibus juste persolvatur. Nam etiam in exercenda misericordia justus est Deus. Unde etiam Apostolus gloriabatur,* coronam justitiae sibi a Domino justo Judice datum iri. *2. Tim. 4, 8. & ad Heb. 6, 10. indicatur,* Deum fore injustum, si operis ac dilectionis nostrae obliviscatur.

42 Vindicativa hoc agit, ut impii ac poenitere nescii delicta supplicia tandem luant: ne videlicet divina benignitas ac patientia semper impune contemnantur. Vide Exod. 20, 7. Jerem. 1, 8. Ezech. 18. Item Rom. 2, 5. & seqq. Atque hac etiam proportionem inter delicta & poenas servare solet: ita scilicet, ut poena delictis minor qui etiamsi saepius aut [illegible], ac propterea gravioribus delictis gravior poena, levioribus autem leviores ordinarie irrogatur. Vide [illegible] Luc. 12, 47, 48. ad Heb. 2, 2, 3. & 10, 28, 29. & alibi videre licet. Vindicativa Justitia.

43 Quod si autem vel non statim, vel non ita severiter, ut poena severitas exigere videbatur, Deus punit; non tamen propterea injuste agit; quia non est Judex juratus, sed arbitrarius; nec tantum Judex est, sed & Dominus liberrimus; ac praeterea Deus natura est clemens ac misericors. Itaque etiam in judicando hunc scopum sibi propositum habet, ut quos judicandos accepit, quoad ejus fieri potest, ad poenitentiam adductos servet potius, quam perdat. Vide Musecul. & Zanch. locis supra citatis, & hunc praeterea nominatim quaest. 4. Quare non semper Deus [illegible]

44 Tantum de Justitia facti. Sequitur Justitia dicti, quae peculiari nomine in V. T. Emunah, seu Emeth, in N. ἀλήθεια & πίστις, veritas ac fides appellatur, quia Deus non modo verum semper enunciat, sed etiam sincere mentem suam verbis declarat, & denique fideliter ac constanter se in servandis promissis & comminationibus ostendit. Ex quo Deus verax & ἀψευδής, h. e. mentiri nescius, imo veritas ipsa merito vocatur. Vide Deut. 32, 4. ad Tit. 1, 2. Rom. 3, 4. Justitia dicti seu veritas.

45 Primo modo considerata DEI veritas, est velut justa quaedam conformitas sermonis ac conceptus divini, cum rebus ipsis per sermonem enunciatis, aut etiam solum conceptis: qua Deum in omni assertione sua veracem atque infallibilem esse agnoscimus. Ut haec Justitia ad mentem potius, quam ad voluntatem DEI referenda esse videatur, quippe qua falsitati simpliciter dictae, seu etiam quae ex simplici errore & ignorantia existere solet, opponitur. 1. Opposita falsitati & errori.

42 Altero modo spectata DEI veritas, est ingenuitas & candor animi divini, quâ sermonem aliquem sese nobis explicantis, quâ fit ut sincerè absque omni fraude, deceptione, ac duplicitate cordis in sermonibus nobiscum agat, nec quicquam in verbis suis exprimat, quod non internae ipsius voluntati verè respondeat. Unde & verbum DEI κατ' ἐξοχὴν veritas appellatur. Joh. 17,17. atque eloquia DEI pura & purgata, recta & sancta dicuntur. Psal. 12,7 & 19,9 & [illegible].

43 Postremo modo accepta DEI veritas significat fidelitatem & constantiam ipsius in praestandis iis, quae vel promisit, vel comminatus est, vel alia quacunque ratione praedixit. Fides enim (ut rectè definit Cic. lib. 1. Offic.) dictorum conventorumque constantia & veritas est. Quo sensu rectè Bileamus dicebat Num. 23,19. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur &c. & alibi Verbum Dei in aeternum manere dicitur Esa. 40,8. Matth. 24,35.

Fides justitiae fundamentum est.

44 Haec porrò fidelitas seu fides non modò per se ipsa justitia est, quippe naturae & voluntati DEI planè consentanea; sed etiam judiciariae illius justitiae, quae superiùs exposita fuit, fundamentum esse debet, ut quae potissimùm voluntaria DEI pactione seu pacto conventis, quorum constantia, ut modò diximus, fides est, nititur. Unde fidelitas aliquando cum justitia per epexegesin conjungi solet, aliquando verò ipsam justitiam remuneratricem declarat. Vide 1. Joh. 1,9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & justus est, ut remittat nobis peccata nostra. item Hebr. 10,23. Fidelis est, qui promisit, & confer locum Hebr. 6,10 & seqq.

45 Quanquam fidelitas DEI alicubi etiam paululùm diverso sensu accipi videtur, quo pro singulari quadam ipsius in nos amore & constanti charitate capitur & videtur. Ut cùm 1. Cor. 10,13. dicitur: Fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari supra vires. item 1. ad Thess. 5,24. Fidelis est, qui vos vocavit, qui etiam efficiet, &c. Quo etiam sensu Christus misericors & fidelis noster pontifex appellatur ad Hebr. 2,17. nempe quia est justus consolator sive advocatus noster apud Patrem, ut dicitur 1. Joh. 2,1.

46 *Caeterum aliter in promissis, aliter in comminationibus praestandis iustitia DEI demonstratur. Nam in illis non modo veritas DEI spectatur, sed etiam spontanea ejusdem obligatio, per quam alteri jus debiti, à DEO tanquam debitore exigendi, acquiritur: quia omne promissum cadit in debitum. In istis autem nulla est debiti necessitas, qua videlicet Deus alteri tanquam debitor obstrictus sit; sed tantum veritatis & constantiae ratio habetur: utpote quae simplicibus assertionibus hac in re aequipollent.* Diversa iustitiae ratio in promissis & comminationibus.

47 *Quare etiam in rescindendis promissis duplex injustitia committitur, quatenus fidelitas & veritas violatur, & alteri jus suum eripitur. In comminationibus autem infringendis veritas quidem primo laeditur: Sed is, cui Deus poenam comminatus est, nulla injuria afficitur. Deus tamen, qui nunquam à iustitia recedit, tam in his, quam in illis praestandis justum & veracem se esse declarat.* [illegible]

48 *Sed quia satis constat, Deum saepenumero etiam promissa & minas suas revocare: ne quis hinc aliquam injustitiam aut levitatem in DEO suspicionem concipiat, duplex discrimen statuendum est: alterum inter promissa & minas; alterum inter promissa seorsim considerata. Nam praeterquam quod minae nullam pariunt debiti necessitatem ex parte comminantis, omnes etiam conditionatae sunt; quum promissa interim quaedam absoluta sint; quaedam conditionata, & necessitatem debiti ex sua natura constituant.* Differentia inter promissiones & comminationes.

49 Absoluta autem promissa *absolute solet Deus implere. Quale est, quod promisit Abrahamo & Davidi: Messiam ex ipsis nasciturum. Gen. 22.18. 2 Sam. 7.12. &c.* Conditionata *vero item de more ordinarie praestat, cum annexae conditiones implentur. Quale est promissio de iustitia & salute per Christum obtinenda, si modo in Christum credamus. Joh. 3.16. & seqq.* Quomodo promissiones Deus impleat.

50 Comminationes *autem, quia omnes (ut dictum est)* conditionatae *sunt, non nisi existentibus conditionib. implentur. Quomodo nemo ex sententia legis punitur, nisi legis sit transgressor: nec* Quomodo comminationes.

quisquam

quisquam ex Evangelii sententia damnatur, nisi qui antè [illegible] est alijs impœnitens, ut se monstrat [illegible] Scriptura.

Quomodo Deus mutari [illegible] peccatoris. 11 Quod si igitur fidei & pietatis conditiones promissionibus gratuitis annexæ, negligantur, item si ea peccata, quibus comminationes oppositæ sunt, committantur: mutatum videri non debet, si ipsæ etiam promissiones aut comminationes DEI, in hoc vel in illis hominibus mutentur, eadem interim manente justitia & voluntate Dei: qui hanc ipsam mutationem futuram, quoties causa ejus intervenerit, immutabili quadam lege sanxit. Vide Num. 14,30. 1 Sam. 2,30. & 15, 11,14 Jer. 18,7.8. Ezech. 18,21.24. Rom. 11,22.23. & alibi passim.

Appendix de duplici Justitia [illegible]. 12 Ex his quæ hactenus dicta sunt, facile judicari potest, quid de justitia commutativa & distributiva, quatenus ad Deum referantur, sentiendum sit. Nempe (ut numero dicamus) illam quidem non nisi impropriè & analogicè DEO attribui posse: hanc verò etiam propriè, exclusâ tamen omni imperfectione, quæ in humana distributiva justitia reperiri potest.

Commutativa quatenus Deo non sit. 13 Commutativa enim justitia propriè dicta exerceri non potest, sine mutua datione & acceptione rerum inter se æqualium, nec sine vera personarum obligatione, quæ vel ex delicto, vel ex contractu oriatur. Deus autem nihil (propriè loquendo) ab hominibus accipere potest; nec ipse tenetur aliquid commodi à nobis dati, nec proinde ex rigore juris obligari nobis potest: nec denique gratiæ [illegible] quare si potest dominio alicujus rei, quam hominibus ita tribuat, ut vera æqualitas rei ad rem constituatur: quum hæc omnia imperfectionem arguant. Vide Psal. 16,2. & 24,1. & 50,9. & seqq. Luc. 17,10. Act. 17,25. & 20,[illegible] Rom. 11,35. 1 Tim. 6,15. Apoc. 4,11.

Analogicè attribui potest. 14 Interim ex mutua pactione quadam seu conventione, item ex spontanea DEI erga nos obligatione, & gratiosa nostrorum operum acceptatione, quandam hujus virtutis analogiam exsurgit. Deoque attribui posse non negamus. Atque huc ex Scripturæ loca, quæ de mercede piis promissa, deque iis qui regno cœlorum digni pronunciantur, dispu-

rant, nam

[illegible] inepte referri existimemus. Vide 1. Tim. 4, 8. 2. Thess. 1, 5. Apoc. 3, 4. & 22, 12. Quatenus igitur (ut Augustini verbis loquamur) Dominum esse debitorem se fecit, non quidem aliquid a nobis accipiendo, sed liberaliter bona promittendo, & porro quatenus ipse dignos aeterna vita fideles suos judicat, eatenus sane analogica quadam commutativae locus extare videtur.

35 Pontificiorum autem quorundam sententiam, qui ipsi humanae Justitiae speciem Deo ita tribuunt, ut inde necessitatem humanarum satisfactionum, item dignitatem nostrorum meritorum, atque alia talia deducant, tanquam Scripturae verbo DEI contrariam, & ad obscurandam supremam DEI majestatem, item gratiam & misericordiam, valde appositam, denique ambiguitatibus & contradictionibus perpetuis intricatam, merito damnamus atque aversamur. Vide Francisc. Suarez in opusc. theologicis de Justitia DEI, sect. 2 praesertim pag. 71 & 747. & 757. Error Pontificiorum damnatur.

36 De distributiva vero aliter sentimus, quippe quae per se nullam imperfectionem includat, & commode tum ad Dominicam (ut vocavimus) tum ad Paternam, tum maxime ad Judiciariam seu Retributivam justitiam referri possit: quatenus quidem affectum superioris, pro gratia sua bona inter multos inferiores suos subditos, juxta rationem proportionis (quam Geometricam vocant) distribuentis, cernimus: licet illa bona interim aliquo titulo seu jure, quod scilicet ex liberali superioris promissione aut pollicitione ortum sit, iis debeantur, quibus distribuuntur. Distributiva [illegible] in Deo [illegible].

37 Restat usus doctrinae, qui & ipse varius est, ad pauca tamen ea capita [illegible]. Primo pertinet valde ad sanctum Dei timorem, (qui verae sapientiae initium est) in nobis ingenerandum, & carnalem securitatem fugiendam, adeoque justitiam & fidem colendam. Deus enim quia sit justus, haud dubie justitiam diligit, & iniquitatem odit: ac proinde nobis, si injusti esse perseveraverimus, aut si alios vi vel fraude oppresserimus, aut in magna pietatis hypocritae fuerimus, tandem [illegible], quippe cujus judicium est secundum veritatem, nec simulatione aliqua eludi potest. Vide Psal. 5. & Rom. 2. 2. & 1. Pet. 1. 17. Usus doctrinae. I.

38 Deinde facit ad fiduciam in DEO firmiter collocandam, & patientiam sub cruce conservandam, idque non uno modo. Nam si Deus 2

per naturam valet, [illegible] et fidelis est, & justè atq; [illegible] judicat: haud dubiè bonam causam, si quam habemus, ipse suscipiet, oppressis nobis subveniet, cum & si andem complerum [illegible] [illegible]: item officium boni patris, si modò ipsum colamus, faciet, & quæ pietati nostræ præmia promisit, fideliter suo tempore persolvet. Itaq; patienter ipsi causam nostram commendare, in ipsis castigationibus ac probationibus æquitati ipsius erga nos acquiescere, & sub spe promissæ remunerationis fideliter ei servire debemus. Vide Psal. [illegible] Heb. 6.10. & 10.21. & 12.1. & seqq.

111. 61. Postrema format nos ad modestiam & reverentiam in operibus DEI æstimandis. Quando enim intelligamus, Deum natura justum esse, nec injustè quidquam facere posse; nec tantùm justum Judicem, sed etiam justum Dominum, ac Deum, & Patrem esse, vereri sane debemus, ne vel cogitatione vel verbis aliquam injustitiæ notam DEI aspergamus, ejusve judicia, quasi minus recta, sugillare audeamus. Quin potius in æquissima Domini voluntate, tanquã omnis justitiæ regula, etiam cum nulla justitiæ ratio nobis apparet, acquiescere debemus. Vide Psalmum [illegible] Rom. 9.14. & seqq. & 11.33. & seqq.

Contra abusum. 62. Abusus autem doctrinæ de justitia DEI facile vitari poterit, si modò ipsa rectè fuerit percepta. Qui enim ex ea vel humanas satisfactiones, vel condigna hominum merita, vel perpetuam de gratia DEI dubitationem, vel simile quippiam colligunt: haud dubiè in ipsa justitiæ divinæ ratione assignanda egregiè falluntur: sicut ex ante dispositis satis intelligi potest. Quare Deum oramus, ut nobis hanc doctrinæ Christianæ partem, utpote scitu valde utilem, quàm clarissimè [illegible] revelare dignetur.

Coronidis loco addimus hæc Problemata.

1. An Justitia DEI in S. literis aliquando ejusdem Misericordiæ opponatur? Neg.

2. Annon opponi saltem possit, certo modo aliquo sensu? Aff.

3. An justitia DEI interdum ad tempus intermitti possit? item an Misericordiae interdum cedat, prout a ... interpretes saepe loquuntur. Resp. Esse hic tamen Catachresin, quae mode ... [illegible]

4. An Justitiae DEI contraria possint esse affecta? Proinde an recte dixerit Ansel. in Proslog. cap. 10 Justum esse ut punias malos, & justum est ut parcas malis. Aff.

5. An in omni opere DEI simul sit Justitia & Misericordia? prout asserit Aquin. p. 1. q. 21. art. 4. Aff.

6. An recte dictum sit a Musc. in explanat. 1. Praecepti: DEUS excellentius bonus est, quam justus; justus perfecte, bonus in infinitum? Item: Vincit absolutam DEI justitiam immensa bonitas, non autem extinguit, &c? Dist.

7. An idem recte asserat in tit. de Justificat. sect. 3. DEUM esse justum & Misericordem, pro libera potestate, quam habet in omnia? Et hic dist.

8. An recte dictum sit a Calv. in Psal. 143. 2. DEUM non aliter nobis esse propitium, quam si deposita Judicis persona, gratis peccata remittat? Item a Musc. in tit. de Justific. sect. 5. Non ad judicii, sed ad gratiae thronum referendum esse, cum DEUS impium non condemnat, quod juste facere poterat, &c? Aff.

Disputatio X. DE DEO.

In qua agitur de Amore, Odio, Ira, & similibus quasi affectibus DEI.

Proposita ad diem XXIII. Januarii, anno 1602. Respondente
HENRICO BRUMANO Westphalo.

THESIS I.

HACTENUS ea DEI attributa examinavimus, quae partim ut principia agendi partim ut naturales qualitates in ipso considerantur. Restant ea examinanda, quae velut affectus, seu potius effectus partim quidem naturales, partim etiam voluntarii, Deo attribuuntur ut sunt Amor, Odium, Ira, *& id genus alia, de quibus hac disputatione, ... agemus.* Transitio.

Regula de his attributis. 2 Sed priusquam de singulis agamus, generalis quaedam regula notanda est: Affectiones, quae naturae tantum DEO tribuuntur, quatenus virtutem, aut actionem aliquam DEO dignam, hoc est ab omni imperfectione ac defectu separatam significant: eaque per Metaphoram quandam, quae peculiari nomine ἀνθρωποπάθεια dicitur, non autem simpliciter prout illae in nobis existunt, DEO tribuendas esse. Quum enim in seipso perfectus atque immutabilis sit Deus, nec potest ulli passioni aut aegritudini, nec ulli vitio subjectus esse. Itaque de his recte inquit Athanasius, Ταῦτα ἀνθρωποπαθῶς ἐπὶ θεοῦ λέγεται, θεοπρεπῶς δὲ νοεῖται.

Partitio affectuum. 3 Caeterum affectus, qui DEO in S. Scriptura attribuuntur, duorum generum sunt. Quidam circa bonum approbandum, aut prosequendum versantur: ut sunt amor, gaudium & spes. Quidam vero in improbando atque avertendo malo occupantur: ut sunt odium, dolor & metus. Et sub hoc genere etiam ira comprehenditur, de qua tamen separatim postea agemus. Itaque doctrina ipsa de divinis affectibus tripartita erit. Cui postremam partem de ira Divina subjiciemus.

I. Part. Amor Dei. 4 Amor Dei, qui in V. T. Ahabah, in N. ἀγάπη dicitur, duplex intelligi potest. Nam alius est ἐνεργητικὸς, id est activus, de quo tantum hic agimus, quo videlicet ipse seipsum, & creaturas suas amat, atque approbat: alius vero παθητικὸς, id est passivus, quo ipse vicissim a nobis amatur, & colitur: de quo Joh. 14.21. & 1. Joh. 4.19. & passim alibi videre est. Sed qui non est hujus loci, siquidem ad officium nostrum, non ad Naturam DEI pertinet.

Erga ipsum Deum. 5 Amor DEI activus circa duplex objectum versatur, nempe ipsum Deum, ut bonum summum atque increatum; & creaturas, id est quam bonum infinitum à DEO dependens. Sed aliter de ipso, aliter de creaturis intelligi debet. Nam respectu ipsius DEI, est actus mere naturalis ac necessarius, in quo scilicet idem est agens, & objectum actionis. Quum enim ipse summum bonum sit, idemque sibi optime notum; non potest non sua voluntate seipsum amare, hoc est optime sibi

[illegible] ad ipsum [illegible] aggredi [illegible] quam proprium amoris objectum sit bonum, & quanto bonum majus est, tanto illud ardentiore esse [illegible]. Ut nemo bonus amorem Dei detrahere possit, quin simul intellectum & voluntatem, imo beatitudinem ipsi detrahat. Vide 1. Tim. 6, 15.

6 *Amor Dei erga creaturas partim significat ipsum actum apud Deum approbationem, & in ea divinam complacentiam; partim vero in propria Dei erga illas sapientia & benevolentia, ac [illegible] actualem beneficentiam. Quarum Dei actionum prior per verbum* Chaphetz, *altera per nomen* Ratzon *exprimi [illegible] Hebraeis significatur. Vide Psal. 5, 5. 18, 20. & 35, 27. 103, 20, 21. & 147, 10, 11. & passim alibi.* Erga crea-turas.

7 *Et juxta priorem quidem significationem, ipse etiam amor Dei naturalis ac necessarius est, quatenus naturaliter omne bonum suum simile diligit. Nec fieri potest, ut Deus omne bonum (quale etiam est quicquid ipse condidit) ex animo non probet. Sed juxta alteram significationem effectum est liberae Dei voluntatis, quod res universas prout voluit ita creavit & inaequaliter subinde beneficiis afficit.* Duplex.

8 *Diligit igitur Deus omnia, quae condidit, nec ullam rem creatam simpliciter abominatur, prout etiam scriptum est Sapient. 11, 25. Nam neque ulla creatura, prius ipsi est divinae beneficentiae & quatenus ipsa condita est a Creatore bona seu perfecta, eam habere non probare non potest. Intelligo autem nomine bonitatis seu perfectionis, tum ipsam rerum creatarum substantiam a Deo productam, tum accidentia, quae cuique substantiae externa aut [illegible]. Vide Gen. 1, 31. Psal. 145, 9. Act. 17, 25.* Quae a-mat Deus diligit.

9 *Interim inaequalis est amor Dei erga creaturas, sicut ex inaequalibus earum gradibus apparet. Nam aliae praeter essentiam nihil habent; aliae praeterea vivunt; aliae etiam sentiunt; aliae denique intelligentia & voluntate praeditae sunt, ut Angeli & homines. Et de his quidem posterioribus, atque hominibus, amplius agendum est, quippe erga quos specialis quaedam DEI charitas in Scriptura praedicatur.* Sed inae-qualiter, de-que ad cer-tum gradum.

10 *Est igitur specialis amor Dei erga genus humanum, quod primum solum ab initio ad imaginem suam condidit, & dominio in alias creaturas ornavit. Gen. 1, 26. 27. Psal. 8, 7. deinde eam ad caelestem immortalitatem in Christo Jesu destinandam, seu semper [illegible]* [illegible]

adeo ut hominibus [illegible] filium suum pro salute nostra in mortem traderet, & à mortuis excitatum, gloria & honore summo afficere non dubitaverit. Vide Joh. 3,16. Rom. 5,8,9. & 8,32. & seqq. 1 Joh. 4,10. Eph. 2,4,5,6,7.

Amor erga credentes. 11 *Sed & erga [illegible] jam conversos & in Christum credentes, major adhuc* DEI *charitas apparet: ut qui majorem* DEI *benevolentiam experiuntur, ex sensu videlicet remissionis peccatorum, & indubitata spe salutis aeternae: [illegible] quorum studia & mores jam Deus approbat, quum ipsi jam sint* DEO *prae reliquis similiores in justitia & sanctitate. Vide Joh. 14,21. & 15,9,10. Heb. 11,6. & [illegible] Prov. 8,17. & 11,20. & 16,7.*

Erga sanctos Angelos. 12 *Hinc autem aestimari potest aliquatenus, qualis & quantus sit amor* DEI *erga sanctos angelos, quem & nos etiam experiemur, cum erimus ἰσάγγελοι. Tunc enim perfectè filii* DEI *evademus, hoc est, gloriae & immortalitatis coelestis participes; & Deus in nobis, tanquam sanctis ac beatis, suaviter acquiescet. Vide Luc. 20, 35,36. 1 Joh. 3,2. & 3. item Apoc. 21,3. [illegible] & deinceps.*

Erga Christum Jesum. 13 *Postremò aestimari hinc etiam potest immensus & ardentissimus amor* DEI *erga Jesum Christum Dominum nostrum, quatenus quidem homo est. Hunc enim inde à conceptione maximis donis ornavit, & omnium copiosissimè virtute & gloria auxit: tandem, exacto humilitatis suae curriculo, longè supra omnes angelos & homines exaltavit, dans ei in persona Mediatoris omnem potestatem in coelo & terra. Ubi non sine causa Christus, etiam qua homo est, [illegible] appellatur: quod in ipso quam maximè ornando & exaltando omnem amoris sui vim Deus explicare voluerit. Vide Matt. 3,17. & 17,5. Act. 2,36. Joh. 3,35. & 5,20. & 17,24. Col. 1,13. Eph. 1,6.*

[illegible] 14 *Ex iis quae dicta sunt colligimus, primò: amorem* DEI*, quatenus quidem benevolentiam erga creaturas significat, [illegible] gratuitum; [illegible] fontem omnium, quae in illis sunt, bonorum. [illegible]* DEO *est omnis bona donatio. Jac. 1,17. Dat autem & sua Deus, qui-*

bus & quantum vult, quippe quæ [illegible] omnia opera nostra [illegible]. Vide Matth. [illegible] Psal. [illegible] Esa. [illegible]

15 Deinde hinc colligimus, amorem DEI certo gradu [illegible] ordinatum esse juxta [illegible] rerum amabilium: h. e. quanto meliores sunt creaturæ, tanto magis illas à DEO amari: non modo, quia [illegible] ipse approbat, verùm etiam quia pluribus beneficiis ornat, juxta illud Christi Matth. 25,29. Habenti dabitur, & c. [illegible] 1. Sam. 2,30. Honorantes me honorabo, & c. Et Christus Joh. 14,21. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, &c. II.

16 Postremò hinc concludimus, posse nos de speciali etiam amore DEI, quo nos in Christo complectitur, certos esse, ex ipsis amoris effectis, videlicet fide in Christum, & mutua erga Deum dilectione. Unde protinus existit & [illegible] erga nos benevolentia, & firma spes salutis æternæ. Vide Rom. 5,2. & seqq. & 8,38. & seqq. 1. Joh. 3,14,19. & seqq. III.

17 Cæterùm Amori cognata sunt Gaudium & Spes, item Desiderium, quæ DEO etiam in Scriptura tribuuntur. Gaudium seu lætitia DEI significat ipsius in efficiendo aut contemplando aliquo opere oblectationem, eò quòd [illegible] suæ & voluntati planè consentaneum, & illustrandæ gloriæ suæ accommodatum esse videt. Sic lætatur piis benefaciendo, impios autem & planè desperatos puniendo. Deut. 28,63. Esa. 62,5. Jer. 32,41. Immò, omnibus operibus suis lætari dicitur, Psal. 104,31. Gaudium Dei.

18 Spes DEO tribuitur, quoties nostram pœnitentiam patienter expectare, & peccatores magna animi lenitate ferre, & ad frugem invitare dicitur. Nam spei proprium est, bonum aliquod futurum patienter expectare. Hoc autem pacto significatur, Deum non quidem prorsus absolutè, attamen seriò velle, ut peccatores resipiscant, atque convertantur & salute nostra, [illegible] delectari. Vide Esa. 5,2,4,7. Luc. 13,6. Rom. 2,4. 1. Pet. 3,20. & 2. Pet. 3,9. Spes Dei.

19 Idem

Desiderium Dei. 19 Idem sentiendum est de Dei desiderio quo significatur, ea, quae Deus optare dicitur, naturae & voluntati eius per se consentanea esse, eorum vero contraria per se Deo minime probari: non tamen absolute Deum velle, ut in quibusvis ea omnino existant, sed tantum ut existere possint, & si existant, id ipsi fore gratum. In quam sententiam passim legitur optare nostram poenitentiam & felicitatem. Vide Deut. 32. Psal. 81. 14. Esa. 48. 18. Ezech. 18. 32. Luc. 19. 42.

II. Pass. odium Dei. 20 Tantum de primi generis affectibus. Sequuntur, qui ad alterum genus pertinent, qui scilicet in malo improbando atque avertendo [illegible] exponuntur. Inter hos odium primo loco explicandum est, quod Hebraei Sinah, Graeci μῖσος appellant. Id vero quum amori contrarium sit, atque ex amore contrarii boni oriatur, necesse est & actionem & obiecta eius contraria esse actioni, & obiecto amoris: hoc est partim improbationem, aversationem ac displicentiam rei malae, partim eiusdem abolitionem ac destructionem hoc nomine significari. Deut. 9. 22. Psal. 5. 6. & [illegible].

Obiectum eius duplex. 21 Hoc tamen interest inter amorem ac odium DEI, quod ille (ut supra vidimus) potissimum fertur in ipsum Deum, tanquam summum & increatum bonum; hoc vero nullum est eiusmodi obiectum ab aeterno existens, quod summum atque increatum malum dici possit. Unde fit, ut obiectum eius extra Deum quaerendum sit, videlicet malum illud duplex, quod vulgo sic dictum, scilicet culpae & poenae: quod utrumque in solis creaturis locum habere patet.

1. Peccatum. 22 Primarium igitur obiectum odii divini, est peccatum, sive impietas. Etsi enim hanc nolens permittit Deus, quippe quae ipse suo nutu accidere nolle modo possit, semper tamen improbat, aversatur atque abominatur, utpote rem suae voluntati & naturae penitus adversantem. Et tanto quidem magis abominatur, quanto gravius ipsa fuerit ac diuturnius. Vide Zach. 8. 17. Psal. 45. 8. Esa. 1. 14. Prov. 6. 16. & 15. 8. & 21. & 28. 9.

2. Peccatores. 23 Et sane odio peccatum odit Deus, ut peccatores etiam, qua-

tenus

[illegible] pii appellantur, h. e. quatenus à justitiae studio alieni sunt, & Improbi odio [illegible].
animis etiam adhuc peccatis indulgent, odio habeat, hoc est, ut eos [illegible]
[illegible] à se reiiciat; &, si tales esse perseveraverint, tandem prorsus abominetur, atque exterminet. Vide Psal. 5,5.6. & 11,5.6. Prov. 11,20. & 17,15. Esa. 1,24. & 58,1. & seqq. Sap. 14,9. Id quod ex eo etiam apparet, quod istos, quatenus tales sunt, nunquam exaudit. Vide ampliùs Johan. 9,31. & Psal. 18,42.

34 Hos verò qui jam resipuerunt, licet adhuc interdum ex errore vel infirmitate peccent, minimè abominatur, quin potius amore paterno complectitur, & peccata eorum, si interim fiant odio, clementer in Christo ipsis condonat. Non enim continuò ex odio peccati sequitur odium personae quoquo modo peccantis. Alioqui nemo non foret DEO exosus. Vide Psal. 5,8. & 103,11.14. & 130,3.4. Non odit poenitentes.

35 Fit quidem aliquando, ut ipsi etiam pii sic sentiant, se odio à DEO haberi, cùm videlicet graviter à DEO affliguntur: adeò ut [illegible] suorum peccatorum poenas sibi infligi existiment: sicut Job. 13,24. & 33,10. & 19,11. item Jerem. 14,19. videre est. Sed tum illi ex sensu carnis, non spiritus loquuntur. Nam gravissima etiam afflictio saepe ne iram quidem, nedum odium DEI, adversus homines arguit, ut in Job. manifestum fuit. Tribulatio.

36 Alterum odii divini objectum est malum poenae, hoc est, mors, aut alia quaevis maledictio ob peccatum immissa. Tametsi enim haec mala poenae ab ipso DEO, tanquam justo judice, hominibus infliguntur, ipsum tamen per se DEO non placet, quippe cujus contrarium (ut supra diximus) ei potius probatur, & per se gratum est. Vide Ezech. 18,32. & 33,11. Sap. 1,13. & 2,23.24. 2. Malum poenae.

37 Est & alia quaedam significatio odii divini, sed impropria, videlicet metaphorica, cùm odisse eos dicitur, quos minùs diligit, & comparatione alterius negligit ac contemnit. Quo sensu odio amor non simpliciter, sed comparatè accepto, pro singulari quidam be- Odium figuratè dictum.

[illegible] *Malach.* 1, 2. & *Rom.* 9, 13. *Ci-*
ferebatur pro more loquendi humano figuratè accipi. Gen. [illegible] *Deut.*
[illegible] *Item Lucæ* 4, [illegible] *Joh.* 12, 25.

Dolor Dei. 27 *Porrò huic affectui cognata sunt* dolor & pœnitentia, *itemque*
timor, quæ in Scriptura DEO tribuuntur. Dolor DEI *significat*
vehementem alicujus exempli eventus displicentiam, quæ irati
quandoq́ue divinæ mutationem secum trahit, sic Gen. 6. 6. dicitur Deus
in corde suo doluisse, cum hominum malitiam multùm augeri videret.
Nempe quia plurimum hoc ei displicebat, atq́ue interim extre-
mam generi humano vastitatem immittere volebat. Quemadmodum
Christus, viva Patris imago, de Judæorum incredulitate atq́ue
interitu non semel indoluit. Matth. 23, 37. Luc. 19, 41.

Pœnitentia Dei. 28 Pœnitentia *DEI idem ferè, quod dolor jam modò dictus, si-*
gnificat, videlicet improbationem manifestati alicujus effectus, quem
miserabilis mutatio ejusdem mox consequatur, sicut Gen. 6. Item
Sam. 15. 11. & Jer. 18. 8. & videre est. Quanquam in posterioribus locis
alia quædam etiam DEI pœnitentia describitur, quæ mutationem
in melius secum trahit, de qua paulò post explicatius agemus.

Metus Dei. 29 Timor, *seu metus DEI declarat futuri alicujus mali displi-*
centiam, cum cura ejusdem avertendi aut præcavendi conjunctam.
Intelligitur autem hoc loco malum aliquod suâ naturâ contingenter
futurum, quippe pendens à causa voluntaria, cujus naturam Deus
eam ut est relinquere decreverit. Unde iste affectus, hoc sensu intel-
lectus, jam magis absurdè, quàm spes aut desiderium futuri alicujus
boni, DEO tribuitur. Vide Deut. 32, 27. Alioqui, propriè loquendo,
Deus nihil à quoquam sibi metuit, ut qui hostium etiam furorem ac
minas irridet, ut Psal. 2, 4. & 37, 12. 13. scriptum est.

III. Pars. Ira Dei. 30 *Restat tractatio de Ira DEI, quam Hebræi* Aph *sive* Ap-
pim, item Charon; *Græci* [illegible] *dicunt, iram & excandes-*

 scentiam

[illegible] *seu fortem appellant. Eam verò nec Stoici, nec Epicurei in Deo agnoscunt; contra quos idcirco Lactantius librum peculiarem de ira DEI conscripsit, ostendens scilicet, Deum suo modo meritò ob peccata irasci atque indignari.*

34 *Sed hic tamen in eo lapsus esse videtur, quod cap. 17. iram Dei,* Quid sit. [illegible] *quandam in ipso interpretatur: quum illa ex usu Scripturarum nihil aliud quàm DEI vindictam sive ultionem, imo generatim quamlibet punitionem, aut saltem puniendi voluntatem seu decretum ac comminationem declaret. Vide Exod. 32,10,11. Num. 11,1. & 16,22. & 25,4. Psal. 2,5. & 6,2. item Matth. 3,7. Luc. 21,23. Rom. 1,18. & 2,8. & 9,22. & 12,19. & alibi passim. Quae etiam causa est, quod non raro cum* [illegible] *seu* [illegible] *DEI conjungitur, ut Esa. 13,9. & 13,13.*

35 Objectum *igitur irae divinae extra Deum quaerendum est, videlicet creatura peccans; quippe cui poenas Deus ob peccata decernere, comminari, & tandem infligere solet: & tantò quidem graviores, quantò hujus peccata graviora fuerint. Unde omnes, quotquot peccatores sumus, naturâ filii irae vocamur, Ephes. 2,3. Et quidam ex hoc genere, videlicet reprobi, qui in peccatis suis perseverant, peculiariter nominantur vasa irae, ad interitum apparata, dicuntur, Rom. 9,22.* Objectum ejus.

36 *Irascitur quidem Deus omnibus peccatoribus, non tamen eodem modo & mensurâ. Nam aliter electis ac piis, aliter impiis ac reprobis irascitur. Illos si deliquerint, castigat ut Pater, ad ipsorum emendationem. Hos, utpote rebelles & hostes, tanquam Judex & Dominus ulciscitur, ac tandem exterminat. Et licet quodvis peccatum idonea materia sit, ad ignem irae divinae accendendum; tamen his quibusdam peccatis potissimum inflammatur, ut sunt idololatria, tyrannis sive injusta imperii oppressio, sanguinis innocentis effusio,* [illegible] Varia est.

& [illegible], sed de libidines, & id genus alia, quibus [illegible] praecipue, [illegible] obstinatio [illegible] ira sua furor [illegible] [illegible], [illegible]. Exemplorum plena sunt libri sacri & [illegible] Vide [illegible] Deut. 29,19.20. & 32,22.& seqq. Nahum 1,2. & [illegible] 1. Rom. 2,5. 1. Thess. 2,16.

Species irae.
35 Porro ira DEI distingui potest in temporaneam & aeternam, & illa rursus in privatam & publicam; item in [illegible] & [illegible] prout temporalis & varia sunt [illegible] & [illegible] poenam. Nam in hac quidem vita alios [illegible] Deus castigat, alios gravius plectit, prout experientia testatur; [illegible] impius in aeternum ignem semel [illegible] fuerit, quae propterea ira ventura appellatur 1. Thess. 1,10. & 2. Th. 1,7.8.9. Nam quod alibi Deus non in saeculum, sed ad momentum irasci dicitur, id respectu fidelium seu piorum, qui mortem aeternam evadunt, ita demum intelligendum est. Vide Psal. 30,6. & 103,9. & Isa. 57,16.

[illegible] Dei [illegible].
36 Vbi de ira temporanea tenendum est, [illegible] [illegible]. Multa enim mala piis saepius immittuntur, nulla tamen poena nomine; sed ut ipsi tantum per ea probentur, atque in fide [illegible] exerceantur, aut etiam martyrio suo veritatem [illegible] confirment. Vide Rom. 5,3.4.5. Jac. 1,2.3. 1. Pet. 1,6,7. & 4,13. Coloss. 1,24. 2. Timoth. 2,10.

[illegible] ira [illegible] signa.
37 Rursum observandum est, non omnem DEI iram ab odio, sed quandam ab amore ipsius erga nos proficisci. Paterna enim ejus castigatio, tametsi ex ira, ob peccatum nobis immissa, [illegible], amorem tamen ipsius erga nos arguit, qua videlicet impulsus tempestive nos corripit, ne tandem cum impio mundo damnemur. Vide 1. Cor. 11,32. Hebr. 12,6. Apoc. 3,19. Et quamvis sanctis interdum secus videatur, quin tamen ita se res habeat, dubitare non licet. Confer Psal. 77,8. & [illegible] & 73,13.

[illegible] irae Dei.
38 Denique notandum est, ordinariam DEI iram, praesertim publicam, ex indiciis quibusdam, nempe ut plurimum ex antecedent-

ti sumo)

[illegible] supplicationem praerogasse, & sic ad Deum conversionem [illegible] per Christum praestari posse, aut saltem aliqua ex parte [illegible] mitigari: quippe quum Deus mali nostri per se minime delecte-tur. Cujus rei & testimonia & exempla passim in S. literis occur-runt. Vide Mich. 7, 18. Joel 2, 13 & 14. Jon. 3, 9. & 4. Matth. 3, 7, [illegible] (2). Ubi & illud obiter notandum est, intercessione aliorum [illegible] saepenumero factum esse, ut mitigata sit DEI iram, cum jam [illegible]. Vide exempla Exod. 32, 10. & seqq. Num. 14, 20. & 16, 21. & seqq. & 25, 11.

46 Quo parte gravis interdum est, adeoque intolerabilis ira DEI [illegible] apparet, [illegible] tamen aequalis est [illegible] gratia & misericordia, de qua pridem dictum est in Attributis [illegible]. Unde passim [illegible], id est longanimitas DEI [illegible] [illegible], quod poenam peccatoribus [illegible] diu dif-fert, & plerumque [illegible] quam illi [illegible], [illegible] est, ut [illegible] peccatis [illegible], ipsum quoque [illegible], ut Deus sit [illegible] [illegible] Exod. 34, 6. & [illegible] Num. 14, 18. Micha 7, 18. Psal. 86, 15. & 103, 8. & 145, 8. Nahum 1, 3. Jon. 4, 2. — Deus tar-dus ad iram & multi pa-tientia.

47 In eandem sententiam commendatur nobis [illegible], hoc est pa-tientia DEI, quod peccatores, quamvis inimicos suos, diu tolerat, & [illegible] spacium indulget, [illegible] quodam-modo dissimulans: sic tamen, ut [illegible] patiatur: sed post quam [illegible] frustra esse [illegible] supplicii gravitate tandem [illegible] [illegible] patientia [illegible] ad extremum in furorem [illegible]. Vide Rom. 2, 4. & 3, 26 & 9, 22. & 11, 22. Item Ebr. 2, 7. [illegible] 14. Hebr. 10. & seqq. — Patientia Dei tolerans & sustinens [illegible] quidam.

48 Caeterum ad hoc genus pertinet etiam Zelus DEI, nempe [illegible] quaedam ipsius ira sive indignatio, partim ex peculiari erga suos favore, partim ex [illegible] aliquorum sive [illegible] ipsum, sive aliorum ad [illegible] peccata [illegible] Zelus [illegible], — Zelus Dei.

quã maritum ex amore [illegible] afficitur. Unde alibi ad [illegible], alibi [illegible] ex [illegible] propria accidit id quod ex subjecta cognoscitur [illegible] non dissimiliter colligi potest. Vide Exod. 20, [illegible] 23, [illegible] Deut. 4, 24. [illegible] Joel 2, 18. Nah. 1, 2.

IV. Pars. Usus doctrinae. 1.

47 Ad hanc autem usum totius doctrinae. Is partim generalis est in omnibus simul hisce affectibus observandus, partim specialis, in singulis. Generalis est, ut, quantum fieri potest, affectibus nostris divinis affectibus conformemus: hoc est, ea quae Deus, & quatenus Deus amat, aut odit, eadem nos, eodem modo amemus, aut oderimus, & [illegible] Ut hac ratione ingenium coelestis Patris imitemur, cui quanto similiores, tanto etiam perfectiores. Tantum abest, ut cum Stoicis affectus ipsos simpliciter damnare, atque abjicere debeamus.

2.

48 At speciatim ex iis, quae de amore DEI sunt dicta, non tantum mutua nostra erga Deum & proximum charitas excitanda & alenda est; verum etiam fides & spes nostra in DEO confirmanda, denique studium pietatis omni ratione in nobis acuendum est: quippe qui sciamus, Deum esse, qui nos prior dilexerit, & sui erga nos amoris argumenta plurima in Christo filio suo nobis ostenderit, eique tanto nos fore chariores, quanto meliores & sanctiores fuerimus.

3.

49 Ex iis, quae de gaudio, spe & desiderio DEI dicta fuerunt, discendum est, omnem [illegible] à nobis prorsus abesse debere: nec quicquam antiquius habendum esse, quam ut DEI gloriam, & nostram simul atque aliorum pietatem & salutem, quoad fieri potest, promoveamus, & his rebus maxime gaudeamus, has speremus et optemus.

4.

50 Ex iis, quae de odio, item dolore, poenitentia & metu Dei diximus, ingenerari in nobis debet odium & fuga peccati, tanquam rei omnium pessimae, quam Deus odio capitali prosequitur, qua contristatur, & unde omnis generis mala, quae DEO etiam ipsi displicent, oriuntur.

5.

51 Denique ex iis, quae de Ira & indignatione DEI dicta sunt, praeter id quod jam de fuga peccati diximus, alium etiam usum re-

ferre

ferre possumus, ut sciamus timere & amare DEI [illegible], tanquam ipsius qui tardè quidem irascatur, & facilè placabilis sit poenitentibus & credentibus per Christum [illegible]; sed tamen impoenitentes & incredulos, si praesertim ita pergant, instar ignis consumentis tandem perdat atque exterminet.

42 *Atque haec Dominus hactenus dedit, quae non tantum hac disputatione de ipsius affectibus divinis, verum etiam antea de vera ipsius* Essentia, Nominibus, Natura *in genere, tum in specie de* Omnipotentia, Sapientia, Voluntate, Dominio *&* Potestate, *item* Bonitate, Gratia *&* Misericordia, *denique* Justitia *&* Veritate, *ex ipsius verbo disseruimus. Unde maxima earum pars, quae cum aliquo fructu de divinis Attributis disputari solent, quaeque per universum S. Theologiae corpus, tanquam fundamenta seu principia quaedam sparguntur, non male fortassis intelligi possit.* Epilogus.

Det nobis idem Deus, ut assiduè in salutari talium rerum cognitione proficiamus, Amen.

PROBLEMATA.

I. Rectène sentiant, qui ex loco Ecclesiastae 9, 1. colligũt hominem nescire, utrum amore vel odio Dei dignus sit?

Resp. Neque sententiam ipsam per se veram esse, neque dicto loco revera extare.

II. Utrum praestantius sit, diligere an diligi?

Resp. Prius illud tantò esse praestantius, quantò beatius est dare quàm accipere. Vide Act. 20, 35.

FINIS.

Notæ ad supiores Disputationes de Deo.

Admonitiuncula ad Lectorem.

CUM disputationes istas de Deo, graves certè & arduas si subjecti dignitatem spectes, in lucem edere statuissem, visum mihi fuit, Annotationes ad singulas addere, quibus obscuriora quæque declararem, dubia confirmarem, & S. testimonia in thesibus obiter citata, item rationes, illic non satis explicatas, amplius exponerem, atque ita omnes impingendi occasiones, quoad ejus fieri posset, è medio tollerem. Sed dum huic operi intentus sum, alia quædam negotia ex improviso & Typographo & mihi objiciuntur, quæ Notas illas, hoc quidem tempore, in publicum prodire non sinunt. Verùmtamen ne aliquod hinc Typographo damnum accideret, si disputationes ipsas jam planè excusas, distrahere in hoc mercatu prohiberetur, facilè passus sum illas absque Notis exire. Interim specimen aliquod illarum, nempe eas, quas in primam Disputationem confeceram, omninò addendum esse putavi. Unde benevolus Lector cæteras, suo post tempore secuturas, aliquatenus æstimare poterit: cúique libentius judicium suum de nonnullis sententiis, aut loquendi formulis, inter doctos adhuc controversis, quæ fortè in thesibus illis occurrerunt, tantisper saltem suspendet, dum Notas omnes viderit, & cum thesibus accuratè contulerit. Id quod, Deo favente, ad futuras Nundinas Autumnales ita factum iri speramus. Steinfurti, 12. Martii, 1605.

Ad I. Disputationem.

De Existentia Dei, contra Atheos.

De partitione Theologiæ.

AD I. thesin. *Partes 5. Theologiæ variè solent à variis assignari: quorum sententiis nos hîc nihil præjudicatum volumus. Nobis tamen ista partitio in Fidem & Obedientiam (quam Petrus Ramus in commentariis suis de Religione fortè primus proposuit) maximè [illegible], cum thesis [illegible]. Quamquam alij etiam summi viri, [illegible] eandem, sub alio tamen [illegible]*

certius, & ante & post illum tradiderunt. Lactantius certè in libris Divinarum Institut. præsertim lib. 1, & 4. universam Religionem Sapientiâ & Justitiâ contineri, aliquoties affirmat. Et nostro tempore J. Lipsius lib. 1. Politicorum, omnem pietatem recte de Deo sentiendo & recte eum Deum colere, comprehendi posse existimavit. Quæ quidem partitiones illi nostræ, seu potius Rationi, prorsus æquipollere videntur. Sed & Ratio pro eadem facit, & Auctoritas sacra. Ratio *quia vera Religio, quum sit verus veri Numinis cultus, et plurimum à contraria & vaga superstitione differat, in sanctâ obedientiâ, vere Deo debita, potissimum consistit: hæc autem obedientia sine certâ fide, seu persuasione divinæ voluntatis, tanquam ab ipso Deo patefactæ & notæ esse, nec cogitari potest. Itaque duæ hæ partes ad constituendam Religionem omninò necessariæ sunt. Neque plures duabus istis necessariæ sunt, ut quæ omnia illius membra sufficienter comprehendant; quum nullum sit veræ fidei ac pietatis officium, quod non ad alterutram duarum partium commodè referri queat: quemadmodum per inductionem præcipuarum specierum & partium facile demonstrari possit.*

Ratio quidem.

Auctoritas *sacra est in Oratione illa S. Pauli Act. 24. v. 14. & 16. ubi de Religione sua apud præsidem Felicem ita loquitur:* Hoc verò tibi confiteor, quod secundum viam illam, quam hæresin appellant, ita colo patrium Deum, credens omnibus, quæ in Lege & Prophetis scripta sunt, spem habens erga Deum, fore, quam & ipsi exspectant, resurrectionem mortuorum, justorum simul & injustorum. Itaque me ipse in hoc exerceo, ut conscientiam habeam absque offendiculo semper apud Deum & homines, &c. *Quibus sanè verbis aperte docet, universam Religionem nostram duobus capitibus absolvi, fide nimirum, quam Dei verbo in Scripturis patefacto adjungimus, & studio bonæ conscientiæ apud Deum & homines, hoc est, ejus obedientiæ, quam Deus à nobis in verbo suo flagitat, quamque Deo sub-*

Et auctoritas.

ge-

se promissa salutis præstantur. In eandem sententiam idem Apostolus Tit. 3. 8. breviter quidem, sed nervosè præcipit, ut illi bonis operibus operam dent, qui Deo crediderunt, &c. non obscurè innuens & significans summam Christianæ pietatis in fide, & studio bonorum operum sitam esse. Nec dubium est, similia loca passim alibi in sacris literis extare: imò illa omnia huc pertinere, in quib. Natura vera & salvifica fidei paulo accuratius explicatur. Vide inter alia Ebr. 11. per totum.

Porro qui sacram Theologiam in duo capita distribuunt, quorum unum de Deo, alterum de operibus Dei; sive unum de essentia, alterum de voluntate Dei agat: non tam universum illius corporis, quàm unum aliquod primarium membrum partiri videntur. Qualis & rursum divisio est, qui illam totam promissis & præceptis divinis absolvi existimant: quum hæc potius divini Fœderis seu Testamenti (quod sanè unum ex præcipuis sacræ Theologiæ capitibus est) quàm ipsius integræ disciplinæ legitima partitio censeri debeat. Qui verò in fidem, spem, & Charitatem dividunt, aut similes alias multimembres (ut ita dicam) divisiones afferunt: præterquam quòd accuratam dichotomiæ rationem negligunt, passim etiam rectum ordinem in explicandis partium partibus turbare coguntur. Interim suo quisque iudicio hic fruatur: quum non tam de subtili & exacta Theologiæ partitione, quàm de accurata præcipuorum eiusdem capitum explicatione, laborandum nobis esse videatur. Elenchus

Ad thesin 2. Ordo iste partium propositarum, & Naturæ & sacræ Scripturæ consentaneus est. Nam illa quidem docet, actionem mentis, qualis est nuda Dei cognitio, seu fides historica (ut hic fidei vox latè sumitur) priorem esse actione voluntatis, cuiusmodi est cultus Dei. Hæc verò clarè testatur, invocationem Dei nullam esse posse absque fide, neque hanc absque prædicatione &c. Rom. 10. 14. & deinc. Et rursus De ordine partium.

Ephes. 4.17.18. dicuntur incredulæ gentes abalienatæ esse à vita Dei propter ignorantiam, quæ in ipsis est. *Quasi diceret, hanc ignorantiam (quæ tamen hoc loco non simplex & innata, sed culposa & assiduis actibus cum improbitate animi conjuncta intelligitur) in causa esse, cur istæ gentes impiè vivant, nec Deum sub spe beatæ vitæ colant.*

Solut. object. *Objiciat tamen aliquis, Adversus hunc ordinem ea scripturæ loca, quæ divinam doctrinam non nisi Deum timentibus ac diligentibus revelari, adeóque Dei timorem initium sapientiæ esse, testantur, ut Psal. 25.14.* Secretũ Domini timẽtib. ipsũ *&c. Et Psal. 111. v. 10.* Principiũ sapientiæ timor Domini. Item Johan. *7. v. 17.* Si quis voluerit ejus voluntatem facere, cognoscet de doctrina. *Et cap. 14. v. 21.* Qui tenet præcepta mea, & servat ea, is ille est, qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & conspicuum ei exhibebo meipsum. U*nde efficere videtur, cognitionem Dei studio pietatis esse posteriorem. Sed hæc apparens antinomia per distinctionem tollenda est. Etenim duplex est Dei cognitio: altera merè historica, seu nuda, & plerumque rudis & imperfecta, quæ cultum Dei necessariò præcedit: altera salutaris, plenior & solidior, quæ affectum saltem piè vivendi, Deumque ex ipsius præscripto colendi, includit, imò præsupponit. Et de hac posteriore agitur in locis paulò ante citatis. De qua & Christus agit Joan. 17. 3.* cùm vitam æternam in cognitione unius veri Dei, & quem ille misit Jesu Christi, consistere testatur. U*nde etiam fit, ut omnes ĩ Deũ vel Christum ignorare dicantur, qui divinæ voluntati, jam aliquatenus cognitæ, minimè obtemperant. Vide Tit. 1. 16. & 1. Joh. 2. 4. 5. 6. & passim in Psalmis & Prophetis.*

Subdivisio primæ partis. Ad thesin 3. *Subdivisio hæc similiter &* Naturæ *&* Scripturæ *congruit. Cognitio enim causæ, puta Dei, prior est cognitione effectorum, puta operum Dei; & proinde etiam divinæ voluntatis in verbo nobis patefactæ. Et Apostolus Hebr. 11. 6. duo summa fidei obje-*

cta si

*stella se expressit, ut priore loco Deum ipsum, posteriore creaturas ali-
enam ejus pijs promissam (quia sunt sacraque Dei opera complectitur,
salutem ea quæ nostri à sive interis) operis constituat. Alioqui fal-
sum est, Deum à posteriore tantum, h. e. ab operibus, non à priore co-
gnosci, eique cognitionem ejus non divinorum aliquatenus cognitione
ipsum Deo priorem esse: puta quoad nos, non quoad se divinam Naturæ.*

Porrò de Deo nihil utiliter explicari potest, nisi Deum esse con-
*stet. Itaque necesse fuit, ante omnia primum hoc S. Theologiæ principium
adversus Atheos hoc loco demonstrare. Fateor tamen, hunc metho-
dum non satis accuratam esse; atque hoc primum fidei nostræ axioma
jam antè, quàm de S. Scripturis agere, probatum esse oportuisse:
siquidem frustra de divina S. Scripturæ authoritate, sufficientia, &
alijs id genus qualitatibus, apud eos disseritur, qui ne Deum quidem
esse concedunt. Sed, ut quæstiones omnes de Deo certa quadam serie
inter se cohærerent, & facilius in memoria hærerent, visum fuit,
hoc loco principium seu axioma illud primum diligentius excutere.
Nam alioqui ne quidem necesse esset Theologo primum illud princi-
pium demonstrare: quum (juxta Philosophi disciplinam in 2. poster.
et. Analyt.) nulla scientia subjectum suum primarium demonstrare
soleat, sed perpetuò, tanquam certum & concessum, præsupponat. I-
taque memoriæ potius & utilitati Lectorum hic per faciliorem di-
dacticam consulere, quàm [illegible] illam analyticam sectari volui-
mus, imò & debuimus.*

Ad theses 4. 5. 6. *In his thesibus tria quædam* adjuncta *cogni-
tionis Dei declarantur, nempe* necessitas, utilitas *&* possibi-
litas. Primum *tribus Scripturæ locis probatur, quibus scilicet aper-
te docemur, eos demum fore salvos, qui Dei voluntatem faciunt:
quod profectò sine cognitione fieri nequit: item, æternam [illegible]
daturum, qui Deum ignorant: denique omnia, quæ ad vitam & pieta-
tem pertinent, per Dei cognitionem nobis donari. [illegible]
ex his colligi potest. Sed tamen hanc ad [illegible]* [illegible]

omnes, qui cognitionis illius per Naturam simul & Gratiam capaces sunt. Ne quis igitur temporarie ad infantes, aut amentes, aut similes alios usu rationis destitutos extrudat.

a Alterum *quatuor Scripturæ testimoniis demonstratur: quorum duo priora negant, Deum externo aliquo sensu, puta visu vel auditu, posse à nobis comprehendi: duo posteriora docent, sine speciali Dei patefactione nullam ejus solidam ac salutarem notitiam haberi posse, adeoq; Ethnicos philosophos, qui se admodum sapientes esse putarunt, in suis de Deo & Religione cogitationibus evanuisse. Ex quo omnium patet, ne Ratione quidem seu mente nostra, nondum scilicet verbo Dei collustrata, Deum satis intelligi posse. Et vulgò notum est illud Aristotelis in Metaphysicis, ita se habere mentem humanam ad Deum & res divinas, ut se habent oculi noctuarum ad clarissimum solem, quem scilicet rectà intueri non possunt.*

b Postremum *partim ratione asseritur, videlicet ostensione earum mediorum, quibus ad Dei notitiam pervenire nobis aliquatenus conceditur: partim duobus Scripturæ dictis, quorum priore docetur, Deum per verbum & Spiritum suum ea quoq; nobis revelare, quæ alioqui nemo cogniturus esset, utpote penitus in Deo abscondita: posteriore autem asseritur, Deum obscurè atq; ex parte à nobis in hac vita cognosci; aliàs verò perfectè & plenè cognitum, adeoq; facie ad faciem visum iri. His adde loca illa insignia 2. Cor. 3.18. & 4.3. & 4. ubi per Evangelium Christi cognitio Dei eousq; in nobis promoveri dicitur, ut retectâ facie gloriam Domini contemplari, inq; eandem imaginem transformari queamus. Unde manifestum evadit, notitiam Dei, non modò hîc aliquam haberi posse, sed & amplam, claram, & gloriosam haberi posse; mediante nimirum Dei patefactione, sine quâ certè haberi illa non potest.*

Triplex Dei patefactio.

Ad thesin 7. *Hic triplex medium sive modus exponitur, quo Deus seipsum generi humano in hac vita revelare solet. Horum*

c primum *est operatio externa, puta creatio cœli & terræ, &c. Unde*

poten-

partibus & divinitatem ipsam aliquo modo perspicere possumus; quō adcom-
dum duo priora Scripturæ loca respiciunt. Sic & tamen horum posterio-
us (Rom. 1. 20. 21.) à nonnullis ad gloriosa tantum Christi & A-
postolorum facta, quibus Evangelii doctrina confirmata fuit, non
ad universa opera primæ creationis, referri solet. Alterum est lo- 2.
cutio externa, seu verbum Dei, sacris V. & N. T. libris comprehen-
sum: de quo frequenter duo testimonia sua asseverant, ut simul hanc se-
cundam revelationem illa priore pleniorem & magis familiarem
esse, & suis ipsam gradibus paulatim perfectam fuisse, affirmant.
Non enim omnibus gentibus, sed Israeli tantùm judicia & statuta
sua Deus olim patefecisse; & patribus quidem in V. T. per Pro-
phetas particulatim & variè, nobis autem per filium suum postre-
mis hisce diebus (plenè & perfectè) locutum fuisse dicitur. Tertium 3.
est operatio, sive illuminatio interna per Spiritum sanctum: de qua
postremis duobus locis agitur: ubi nominatim 1. Unctioni, hoc est, Spiri-
tui S. tribuitur, quod credentes omnia (intellige omnia ad salutem
suam necessaria) doceat, & insuper articulorum in fide & spe erga De-
um confirmet. Quanquam hæc postrema patefactionis species, illius
secundæ quædam obsignatio potius, quàm nova patefactio censeri
potest. Itaque duplex tantùm mediata Dei revelatio ab aliis proponi
solet: quarum una per opera, altera per verbum Dei, sive una per
Naturæ altera per Scripturæ librum contingit. Nam quæ beatorum
propria est in futuro seculo, ea rectè immediata dicitur, quæ visio-
nis in clara & visibili visione Dei consistit. 2. Cor. 5. 7. uti etiam
suprà diximus.

Ex dictis igitur apparet, diversas esse species cognitionis Dei in nobis. Nam primò alia est mediata, viatorum in hoc seculo; alia immediata, in futuro. Deinde illa vel planè philosophica est, quæ & Naturalis aliquo modo dici potest, hausta nimirum ex — Multiplex cognitio Dei.

prin-

principiis Naturæ notis, per discursum mentis, citra Dei studium [illegible] valde rudis, obscura & manca est: vel verè Theologica, utpote ex Dei verbo percepta. Quæ iterum vel nuda & mere historica est, quæ & theoretica dici possit, acquiescens in sola Natura aut voluntatis divinæ speculatione: vel salvifica, & cum pietatis assidua conjuncta, quæ & practica jure possit appellari, secundum scilicet obedientiam nobis in Dei verbo præscriptam. Atque hæc demum vera & solida Dei cognitio in hoc seculo dici meretur, quam & S. literæ passim inculcant; eam solis fidelibus & piis naturam Dei (κατ' ἐξοχὴν ita dictam) attribuunt; impiis autem & profanis adimunt.

Naturalis Dei cognitio in se quatenus in homine sit.

Cæterùm, quòd notitiam Dei quandam Naturalem suprà vocavimus, id docere volumus intelligi. Non enim existimamus, innatam esse nobis aliquam Dei notitiam: quum, propriè loquendo, nulla res cognitio homini videatur innasci, sed universa, suo demum tempore, per sensuum & intellectus operationem, acquiri. Hactenus tamen ita vocari potest, quatenus ope & præsidio solius Naturæ, h.e. Rationis naturalis, & hinc extructæ philosophiæ, homines huc usque pervenire possunt, ut saltem, Deum aliquem esse, suspicentur: quippe quod naturali rationi valde consentaneum est. Nam aliquas firma divinitatis opinio fidei tribuitur, non naturæ, Heb. 11. 6. Et alibi S. literæ testantur, quosdam esse, qui Deum esse negent, Psal. 10. 4. & 14. Qui licet ibidem stulti appellentur, non tamen communi sensu & ratione, sed verâ tantùm sapientiâ carere putandi sunt. Nec jam dicamus, & alios multos fuisse, qui de Deo saltem dubitarunt, teste Cicerone lib. 1. de Natur. Deorum: & etiamnunc integras nationes inveniri, quæ nullam divinitatis opinionem habere videntur, sicut de Brasilianis, & quibusdam aliis novi orbis populis, scriptores rerum Indicarum aperte testantur. Quæ verò simpliciter naturalia sunt, etiam necessaria, & apud omnes æqualia esse oportet. Tantum abest, ut cognitio divinæ providentiæ circa mundum, & præcipuè circa ge-

nus

mi humanum per naturam homini sit innata, quippe quod & Epicurus, & Aristoteles, & alii præstantes Philosophi planè agnoverunt. Restat igitur, ut eatenus tantum Naturalis hæc cognitio dicatur, quatenus homo naturalia in se & circum se præsidia habet, quibus fretus ad eam usque ratiocinando assurgere potest, ut Deum esse, & sibi ipsi, & aliis, quantum satis est, demonstrare possit. In quam sententiam Natura & Gratia, & utriusque opera, perinde ferè ut Fides & Ratio, vulgò à Theologis distingui solent.

Ad thesin 2. *Optima quidem & expeditissima cum Atheis agendi ratio esset, si* auctoritas S. Scripturæ, *argumentis undiquaque petitis, ipsis talis persuaderetur. Namque eadem opera & divinitatis & providentiæ cognitio in ipsis gigneretur: quum nemo S. Scripturis fidem habere possit, quin continuò & Deum, & Dei providentiam esse credat. Sed quamdiu illi pertinaciter omnia negant, quibus auctoritas Scripturæ tanquam suis fundamentis innititur; qualis est S. historiæ veritas, & imprimis miraculorum, quæ in ea recitantur: tamdiu aliis etiam probationibus, è media* rerum Natura *desumptis, ad impietatem illorum retundendam, uti possumus & debemus: quemadmodum & sancti viri de Deo non rarò disseruerunt; sicut in S. literis, tum alibi, tum maximè in tota Jobi & amicorum ejus sermocinatione, videre est. Et Apostolus in locis hic citatis, tum apud Ethnicos Lystrenses, tum apud Philosophos Athenienses, ita sermonem de Deo temperat, ut partim ex creatione & gubernatione mundi, partim ex quotidianis illis Dei beneficiis, quæ generi humano communiter exhibentur, errorem illorum refellat, & veram de unius veri Dei existentia, & circa genus humanum providentia, doctrinam suis operis confirmet. Vide etiam Arnobium & Lactantium contra gentes, & in præfatione Mornæum de verit. Christianæ Relig.*

Duplex cum Atheis agendi ratio.

Ad thesin 3. *Argumenta omnia, quibus adversus Atheos pugnamus, pro fundamento habent* sensum communem & naturalem rationem: *nec* [illegible] *opera discerni possit in* Re-[illegible] *&* Auctoritas [illegible] *ab operib.*

Argumentorum contra Atheos disputationis.

Dei, partim naturalibus, h. e. quæ potissimùm in rebus Physicis cernuntur: partim voluntariis, h. e. quæ maximè in gubernatione generis humani apparent: item partim ordinariis, seu consuetis; partim extraordinariis, seu miraculosis. Auctoritas *est partim sanctissimum propriæ conscientiæ, partim universalis omnium populorum consensus. Quare etiam hunc ordinem in argumentis illis recensendis servandum putavimus.*

De motu & motore. *Porrò inter Naturalia Dei opera (quæ sensu facillimè percipiuntur) manifestissimum & maximè obvium, est Motus: qui in cælo, terra, mari, tum in ortu & interitu, augmento & decremento, aliisq; mutationibus rerum physicarum assiduè occurrit. Unde ratiocinando colligi potest, oportere aliquem esse primum Motorem, qui sic omnia inferiora moveat, vel immediate, vel mediate, ut ipse nunquam ab alio moveatur. Nempe duplici de causa: primò quia nihil a se ipso moveatur: siquidem movens & mobile omninò diversa esse oportet; quum aliud semper actu, hoc verò potentiâ tantùm sit; nihil autem simul actu esse, & non esse possit. Deinde, quia progressus in infinitum vitandus in his rerum generibus; quum infinita moventia finito tempore ad terminum suum pervenire non possint, ideoq; nec motum ullum ciere. Itaq; tandem in aliquo primo Motore sistendum est. Is verò Deus est in quo sumus, vivimus & movemur; ut habetur citatum Act. 17. 27. 28.*

Prolepsis. *Cæterùm turbare neminem debet, quòd Jul. Scaliger, vir alioqui maximus, Exerc. 6. sect. 1. huic argumento non multum tribuere videtur; dum negat, primum philosophum hujus principij probationem à physico accipere: quum Deus non sit primus motor, sive prima intelligentia, primum orbem movens; sed aliud quiddam, extra & supra omnem motum. Hoc enim ille ex opinione sua, quam ex Arabibus hausit, ita asserit, ut nobis nullam credendi necessitatem afferat. Quasi verò certum sit, singulis orbibus affixas esse intelligentias motrices. Aut quasi ullus sit verus motus orbium cælestium, à quo deinde pendeat omnium aliorum corporum motus. Aut quasi deniq;*

Deus

Deus: quia supra omnem motum positum est, idcirco non sit primus verum motor activus. Num verò illa ipsa prima intelligentia, siue angelus primi orbis motor, unde habet vim movendi, si non habet à Deo? Et cùm Deus illum Angelum crearet, annon aliquid actu movebat, h. e. rem prius non existentem producebat? Et quoties hoc vel illud in Natura agit Deus, annõ suo modo movet? Omnis enim actio, præsertim quæ extra agentem fertur, motus quidam transitivus est, tendens à termino ad terminum, & temporis spacium, quo perficiatur, requirens. Itaq; sive Physicus, sive Metaphysicus dicatur, qui argumento motus ad inquirendum motorem primum utitur, argumentatio ipsa per hoc neq; melior, neq; deterior efficitur. Neq; video, quomodo dissolvi ista ratio possit, quandoquidem hæc duo principia certa manent: quorum primum omnes sensus aperte confirmant, videlicet esse motum in mundo: alterum ratio manifesta probat, videlicet nihil à se ipso, sed omnia ab alio moveri. Hinc enim consequens est, nisi in infinitum progredi velimus, ut tandem detur aliquis motor primus, qui ipse manens immobilis, atq; immutabilis, omnia reliqua, vel per se, vel per alias causas inferiores à se tamen constitutas, moveat, nutet atq; impellat. Is verò præter Deum nemo esse potest. Vide Aristotelem lib. 8. Physicorum & lib. 1. de cælo, & in libello de mundo, & ibi interpretes.

Ad thesin 10. 11. & 12. *Hæc tria argumenta, perinde ut illud primum, partim Sensu communi, partim evidenti Ratione nituntur. Sensus enim docet, in mundo esse causas & effecta, quorum alia ex aliis oriri, & ab aliis produci, & alia vicissim ad alia referri, et quasi ad scopum contendere, videamus. Ratio autem testatur, nihil à se ipso vel ex se ipso fieri posse, quia nihil simul esse & non esse, sive se ipso prius & posterius esse potest. Eadem ratio docet nullam causam toto genere deteriorem esse suo effectu; quia quicquid perfectionis in effectu est, id à causa profectum esse oportet. Denique eadem docet, in causis per se rite ordinatis non dari progressum in infinitum, quoniam in infinitis nec ordo nec series ulla reperiri possit. Hinc igitur ratio manu-* In causis & effectis.

do probari potest, Deum esse; prout hic thesibus explicare studuimus. In decima citantur duo Scripturæ loca, quibus creatio cœli & terræ & omnium quæ in iis sunt, ita Deo tribuitur, ut simul non obscurè significetur, ea neq; à se ipsis, neq; casu fortuito, existere potuisse. Quæ nec parum sunt secundâ ratione confirmanda. In undecima citatur locus è Psalmo 94. ad ostendendum, quicquid perfectionis in effectu existit, id suo modo in efficiente præexistere. v.g. Deum qui oculos & aures formavit, ipsum quoq; videndi & audiendi facultate (sed divinâ) instructum esse. Unde *à pari, vel simili, concludendum est, aliquem esse primum omnis humanæ & angelicæ sapientiæ auctorem &c. propter rationem suprà-dictam. In duodecima proferuntur loca ex Proverb. 16. ubi Deus omnia propter se ipsum operari, gressusq; hominum dirigere, & sortium quoq; eventus gubernare dicitur. Nempe, ut omnibus rebus finem aliquem à Deo præstitutum esse sciamus.* Unde *sunt illa etiam vulgò nota axiomata :* Deus & Natura nil faciunt frustra : Opus Naturæ est opus intelligentiæ *&c. quia videlicet Natura est instrumentum & ministra Dei, omnia sapienter agentis.*

Ratiŏ deci- ſiva.

Ad thesin 13. *Hæc demonstratio pro fundamento supponit eam quæ proximè præcessit, & nititur generali illa seu Metaphysica Entium divisione, qua quidquid est, vel à se ipso, vel ab alio esse dicitur. Quæ verò ab alio sunt, ea neq; simpliciter æterna; neq; vel numero, vel magnitudine, vel virtute infinita; neq; absolutè necessaria sunt: sed in tempore facta, certis finibus circumscripta, & sua natura contingentia sunt, hoc est, talia quæ non esse possunt. At si nihil præter hæc esset in Rerum Natura, puta nullum Ens simpliciter æternum, infinitum, & absolutè necessarium; jam ne illa quidem unquam existere potuissent, & proinde ne nunc quidem aliquid esset: quod sensus omnes falsissimum esse clamant. Ratio connexi est, quia quicquid tantum contingenter est, hoc est, ita ut possit non esse, idem aliquando non fuerit oportet. Si enim semper fuisset, non jam tantum*

posse-

possibile aut contingens, sed omnino necessarium esset, adeoque nec desinere unquam posset, quia principium mutationis, videlicet passivã potentiam, in se non haberet. Ergo hinc efficitur, ut quaecunque intereunt, eadem aliquando orta sint: imo ut quicquid unquam desinet, idem aliquando inceperit: quia scilicet finis rerum, eundem et genesis necessarium est argumentum. Porrò quicquid esse incipit, per id esse incipit, quod jam actu est. Nisi enim hoc actu esset, non posset alterĩ causa esse, siquidem omnis actiua potentiam agendi & hoc essentiam vel, sive existentiam subjecti agentis, praesupponit. Ex quo efficitur, ut in genere Entium sit aliquod Ens primum, quod semper actu extiterit, quum ab alio nullo existere potuerit: id vero Deus est.

Ad thesin 14. Sexta haec ratio commodius post tres sequentes poneretur, juxta ordinem suprà indicatum. Sed parum tamen in hoc methodi situm est. Vis autem argumenti latet in ipsa vi conscientiae: quae magna est in utramque partem, hoc est, in accusando vel excusando, in damnando vel absolvendo, etiam tum, cùm facta nostra aliis ignota sunt: prout ex allegatis Scripturae testimoniis apparet: quae re per se clara sint, ampliore declaratione nihil indigent. Itaque naturale hominis judicium, cujus vi turpe ab honesto discernitur, attributum aliquem Judicem, qui piis praemia, impiis poenas paraverit, omnino agnoscit. Nam hic maximè locum habet illud Poetae: Vis conscientiae.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro meritis spemque metumque sui.

Ad thesin 15. 16. 17. Haec tria argumenta, ut maximè popularia sunt, ita summas ad propositum demonstrandum vires habent. Sumuntur autem à voluntariis Dei actionibus circa genus humanũ, tum ordinariis, tum miraculosis & insolitis. Porrò horum primũ, hoc est septimum in ordine, quasi tripartitum est. Nam primò historiae omnium gentium testantur, aliquos semper fuisse quasi fatales imperiorum conversiones praeter omnium hominum expectationem subito invexisse. Quae de re non tantum Dan. 2. 21. & 4. 22. sed etiam apud profanos historicos videre est. Hinc vero perspicuè apparet, Gubernatio generis humani. a.

imperia & regna hujus mundi non humanis consiliis, sed divina
2 *providentiâ constitui ac transferri.* Præterea ex iisdem historiis constat, fuisse quosdam singulares heroas omnibus ferè seculis, vitam extra ordinem à Deo vocatos, ad Rempub. aut Ecclesiam Dei gubernandam, atque donis admirandis instructos, & quasi præsenti numine afflatos, hæc vel illa præclarè gessisse: cujus rei insignia documenta extant in historiis Mosis, Josuæ, Simsonis, Eliæ & Elisæi, Herois regis Cyri, & aliorum Deut. 34. 9. 10. Judic. 14. 19. Ezr. 1. 1. Nam quæ ab istis gesta narrantur ita comparata sunt, ut neq; fortuito casu, neq; ut communis & ordinariæ Naturæ, accidere potuerint; sed prorsus extra ordinem ab ipso Deo, Naturæ auctore & Domino, profecta esse oportuerit. Adde denique exempla divinorum judiciorum, quibus
10. vel pietatem quorundam insigniter in hac vita remuneratus est, vel aliorum impietatem horribiliter puniverit; qualia sunt illa, etiam Ethnicis aliquatenus nota, de diluvio universali, Sodomæ & Gomorrhæ excidio, Ægyptiorum plagis, captivitate & liberatione Babylonica, item illa de Sennacheribo, Antiocho, Herode, Juliano, & c. quæ certè tantùm non clamant esse aliquem totius mundi Rectorem & Judicem, qui etiam in hac vita præmiis & pœnis humanum genus afficiat. Ut rectè Psal. 58. 11. 12. scriptum sit, ex ejusmodi judiciis divinam providentiam elucere, quippe ex quibus homines intelligunt, esse Deum, qui in terrâ judicet.

Prædictio futurorum contingentium.

Alterum, h. e. Tertium in ordine, non minus firmum videtur, quod sumptū est à certa prædictione futurorum per se contingentium, ut quæ nonnisi à Deo proficisci potuerit. Nam creaturæ quidem ejusmodi rerum futurarum eventus prædicere possunt, quatenus illæ in ipsarum causis, necessariò agentibus, perspiciuntur, v. g. Solis aut Lunæ Eclipsin. Sed de contingentibus futuris, neq; ex causis, neq; ex signis aliis, certò quidquam prædicere possunt; quum eorum causæ per naturam indefinitæ sint, sive indifferentes ad hoc vel aliud agendum: signa verò etiam ambigua & incerta sint, nec nisi fallacem & incertam notitiam gignere possint. Deus autem, quum Naturæ auctor

fieri & Dominus sit, non ullam resistentiam ab ulla creatura pati possit, facile quidquid libet, constituere & quod jam constituit praedicere, & quod praedixit, effectum dare potest. Utrumque aliquot cum neg. impossibile videri debeat, sic ipse infallibiliter ea praestat, quorum immutabilem causam, suam videlicet omnipotentem voluntatem, jam in se ipso perfectam habet. Vide Esa. 41. 23. & 46. 10. Ubi Deus ipse idolis gentium quadammodo insultans, ex ista futurorum praedictione veram suam divinitatem astruit, & simul rationem infallibilis suae praescientiae hanc exponit, quod omnia sua decreta firma & irretractabilia sint, & a nemine impediri possint. Sic Act. 15. 18. omnia Dei opera ab aeterno ipsi nota esse dicuntur: videlicet quia ab aeterno (ut passim docetur) apud animum suum ea constituit & praeordinavit. Porro exempla talium praedictionum in utroque T. plurima occurrunt, quarum etiam nonnulla apud Ethnicos celebria sunt; v. g. de Israelitarum in Aegypto ad certum tempus commoratione, & ex ea liberatione, Gen. 15. Exo. 12. de certa Babylonica captivitate, & reductione per Cyrum Jer. 52. Esa. 1. &c. Item, tempus, locus, parentes, vita, miracula, passio, mors & gloria Messiae, de quibus passim apud Davidem, Esaiam, Danielem, & alios vates, videre est. Item, de variorum populorum excidiis, apud Esaiam, & alios, &c. Quae omnia vere praedicta fuisse eventus ipse comprobavit. Quare ut olim Cicero a priori colligebat, divinationem esse, quia Deus sit: ita nos jam a posteriori colligemus, Deum esse, quia divinatio vera sit.

Tertium, hic nonum in ordine, valde luculentum est, quod vel solum convincere non plane stupidis & excaecatis in hac quaestione possit potest. Nititur enim inductione miraculorum pene infinitorum, etiam apud gentes, extra populum Dei, magna ex parte, notissimorum; quibus Deus servorum suorum vocationem, & religionem per ipsos vel annuntiatam, vel publica denique assertam gloriose confirmavit. Et horum quidem alia V. T. propria sunt, quae Deus per Mosen in Aegypto, mari rubro, & deserto per annos amplius 40 patravit, sicut Exod. — *Miraculorum ratio.*

Exod.

Exod. a. & d. capite narratur. Item, quæ deinde per Josuam, Gedeonem, Samsonem, Samuelem, Eliam, Elisæum, & plures alios subinde designavit. Alia verò ad N. T. tempora pertinent: quæ videlicet ipse Christus, tum immediatè per se, tum mediatè per suos Apostolos, postquam ipse e mortuis excitatus in cælum ascendit, tanta cum majestate & gloriâ patravit, ut paucis annis universum penè orbē terrarū ab inveteratis opinionib. revocaverit, & maximo solius Christianæ religionis studio inflammaverit. Ex his autem miraculis dupliciter argumentari possumus. Primū *ab auctore, seu causa efficiente: quia solius Dei proprium est, ejusmodi miracula facere, quæ vires totius creatæ naturæ prorsus excedunt; v. g. mortuos in vitam revocare, substantias rerum subitò, & præter omnem Naturæ ordinem, commutare, sive res ipsas hyperphysicè transsubstantiare, Solem cursum sistere, aut reducere, flumina & maria momento dividere, &c.* Deinde *à fine, sive usu miraculorum, quē Deus in illis edendis spectavit; qui, videlicet, erat confirmatio doctrinæ & legationis suorū ministrorum. Atqui omnis ista eorum doctrina & legatio huc tendebat, ut homines ad veram religionem, vel primùm adducerent, vel, si ab ea deflexissent, reducerent.*

Resp. ad object. *Cæterùm hîc duplex objectio diluenda est. Nam, & miracula ista ex insolito & occulto quodam causarum physicarum concursu peta fuisse, & de iis, quæ in Scriptura narrantur, meritò adhuc à multis dubitari, dici posset.*

1. *Sed de* priore *illo res plana est. Nullus enim physicarum rerum concursus quidquam efficere potest, quod vim ipsam rerum vim manifestè superat: quale est, v. g. mortuum reproducere. Nempe quia Naturæ cursus uniformis est, & con[illegible] recta via tendit à generatione ad corruptionem ejusdem, non autem contrà. Unde fit, ut nihil id[illegible] numero per naturam redire possit. Idem de cæteris ad genus miraculi [illegible] est. Neq; hîc [illegible] aliquid Deus in illis edendis, sæpè Angelorum, vel hominum ministerio usus [illegible], cum [illegible] quædam corporalis extra ordinem [illegible]*

[illegible]

quæ haberemus, hancque principaliter à Deo dependere: quippe sine quo creaturarum nulla moveri possint. Hinc vide Psal. 72. 18. & 136. 4. in prophetis, Solum Deum esse, qui miracula faciat; [illegible] Ioh. 3. 2. recte colligebat Nicodemus ex Christi miraculis, eum divinitus esse missum. Idem eodem argumento probat Petrus Act. 2. 22. & 10. 38. Imo Christus ipse ad opera sua [illegible], tanquam certissima divinæ majestatis & legationis suæ argumenta, sæpissime provocavit. Ioh. 5. 36. & 10. 25. 38. & 14. 10. 11. & alibi. Itaque viri prudentes & cordati (sicut de Paulo Sergio Proconsule narratur Act. 13. 12.) ab ejusmodi stupendis operibus excitantur semper ad doctrinam ipsam inquirendi, & ab illis effectis ad Deum ipsum, utpote primariam illorum causam, ratiocinando semper assurgere solent.

Iam de posteriore [illegible] nullum eruditum hominem de ea re dubitare posse, quorum [illegible] ac testimonia etiamnum [illegible]. Nam quod ad Novum T. miracula attinet, præterquam quod & Mahometani & moderatiores Iudæi, [illegible] Iosephus (cujus insigne elogium de Christo [illegible] ab Eusebio, & aliis deinde scriptoribus citatum [illegible] à Christo & Apostolis facta esse [illegible] Ethnicorum testimonia comprobari possunt, ut Taciti, Suetonii, Plinii, Marcellini, &c. Sed satis est quod etiamnum universus populus Christianus, qui certe per universum terrarum orbem diffusus est, [illegible], vere miracula hæc olim patrata fuisse: quandoquidem ea ipsa pro fundamento & causa fidei suæ, quam de Christi doctrina & dignitate divina habet, [illegible] aperte testatur. Et quid quæso aliud præter hæc miracula, mitto jam doctrinam Apostolorum, causæ esse potuit, quod tam multi homines, tam variis antea Religionibus tot jam seculis addicti, ad novam hanc Christi Religionem amplectendam adducti fuerunt? præsertim si naturam hujus Religionis penitius inspiciamus, quæ cum ipsa hominis natura pu-

gnaret aliquid non videret, dum considerationi omnibus [illegible] validissime, crucem, miseriam, & mortem ipso Christi nomine addendis, hominum [illegible] commendare [illegible]. [illegible] ab omni ratione & commodo suo [illegible] abhorret, ut nunquam omnibus [illegible] [illegible] vitæ [illegible], certum [illegible] [illegible] ipsi complecte[illegible] aliud longè majus [illegible] dare certe sibi [illegible]? Unde verò id tam firmi persuasum Apostolis nulla per suasoriis humanæ sapientiæ verba, hoc est neque rationes philosophicas, aut humanam facundiam, adhibentes, nisi id demonstratione spiritus & potentiæ, h.e. efficacia signorum, egerint persuasisset? Unde, quod ipsis Apostolis ad doctrinam Christi constanter profitendam, & passim longè latèque, maximo cum labore & periculo, disseminandam permovere potuit, nisi certissima illa futuræ vitæ per Christum ipsis promissæ expectatio? Unde verò hæc certa spes existere potuit, nisi ex ipsius Christi signis ac miraculis? & potissimum quidem ex signo illo omnium maximo & divinissimo, videlicet ipsius Christi, postquam mortuus fuisset, gloriosa resurrectione, & in cœlum ascensione? De qua certè dubitare illi non poterant, cui quæ firmissimis argumentis confirmata jam fuerat, & mox subinde signis aliorum & gratiis, ab ipso Christo concessis, tunc confirmabatur. Vide Act. 1. & 2. & seqq. item Heb. 2. 1. & seqq. Idem porrò de V. T. miraculis asserimus, ut quæ omnia per N. T. doctrinam confirmantur, (omnia quibus nisi olim Israelitæ (plus satis alioqui rebelles & incredibili) manifeste convicti fuissent, nunquam illam, tam sumptuosam, tamque onerosam & molestam religionem (præsertim corporis circumcisionem, [illegible] & [illegible]) amplexi fuissent. Ut jam res ipsa clamat, atque [illegible] vel Christiani, vel Judæi, vel Mahometani degunt, [illegible] tempore in mundo degunt, ubi non abesse a miraculorum illorum, quæ in utroque T. edita fuisse legimus, memoria & testimonia extare. Unde porrò consectarium est, totidem divinitatis argumenta in mundo adhuc superesse, quot sunt indubia & confessa Dei miracula.

[illegible] [illegible] maximi [illegible], quia [illegible] [illegible] hominum est; sed [illegible] orbis terrarum, aut saltem maxima & nobilissima parte generis humani [illegible] explicatur. [illegible] quae superius ipsi concessimus, hanc de DEI cognitionem (praesertim firmam & stabilem) neque omnibus & singulis hominibus ingenitam esse, neque ex solis Naturae principiis, sed petitam aliqua DEI patefactione, inter homines inde ab initio mundi celebratam, & per traditionem continuam conservatam, originem traxisse: idcirco demonstrationem hanc per se solam, adversus contradicentes non admodum urgendam esse existimamus. Interim si cum aliis supra expositis argumentis conjungatur, & unde tanta singularum [illegible] per [illegible] & [illegible], explicetur, non parum momenti habere videbitur. Quis enim non pro [illegible] habeat eum, qui rem aliquam ab omnibus fere hominibus perpetuo creditam, & [illegible] confirmatam, in dubium vocare audeat? Aut quis [illegible] audaciam ferat, qui suum [illegible] momenti, quae non modo valde credibile est, sed etiam [illegible], & jucunda sit, [illegible] ad salutem universi generis humani plurimum faciat, [illegible] aliorum, quid aliud [illegible] praeterquam [illegible] animi [illegible], non modo [illegible] & [illegible], sed & [illegible] universi generis humani [illegible] [illegible] Atheorum; [illegible] DEI [illegible] & cultum, sed & omnem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

De bestiis & dæmonibus. Ad thesin 19. & 20. Quod in conclusione hac de bestiis dicitur [illegible] non sic accipiendum est, quasi [illegible] cognitionem nullam illis tribuamus. Sed hyperbolica quadam [illegible] illius [illegible], quæ Atheis tenentur, exaggerata est: [illegible] non possint (inquiunt Scholæ) quod [illegible] quam ob causam bestiæ, quoniam [illegible] similia [illegible] virtutis [illegible] [illegible]. Similiter, quod de Dæmonibus asseritur ex [illegible] ad [illegible] Atheorum impietas & [illegible] magis magisque traducatur: ut qui clarissimam illam veritatem, quam etiam Dæmones profitentur, vel ignorent, vel negent [illegible] in [illegible]. [illegible] sic accipiendum, quasi [illegible] Dæmones veram [illegible], ut nemo hominum circa [illegible] ignorare vel negare possit.

Duplex Atheismus. Præterea quod in Elenchis dicitur, Atheos [illegible] potius quam [illegible] Deum [illegible] & providentiam potius, quam existentiam [illegible] in dubium [illegible] comparatè & [illegible] ipsa [illegible] intelligendum est. Nam alii qui non [illegible] sunt [illegible] alii qui [illegible] ipsam DEI Existentiam abnegant, [illegible] [illegible] [illegible] est.

Itaque pro diversitate obiectorum scibilium, diversam speciem esse sciendi actum, & proinde diversum modum scientiae divinae. Unde est, quod Theologi distinguunt in Deo scientiam necessariam & liberam: quibus alii mediam addunt: item scientiam absolutam & conditionalem: denique scientiam visionis & simplicis intelligentiae. Deinceps ut ostendam, quamquam [illegible], sic à divina mente concipi & cognosci, seu conceptum divinae mentis rebus ipsis, & vicissim res ipsas illi conceptui exacte respondere: ne scilicet, falsus videatur conceptus, si rebus ipsis differens sit, sive non omnino respondeat. Nam certe veritas in mente existens, nihil aliud est, quam exaequatio quaedam mentis conceptum

rei ipsi

[illegible] veritas in re ipsa existens nihil aliud est, quam [illegible] veritas grandis et variam perpetuo [illegible].

Hic igitur in genere præmissis, speciales divinæ scientiæ [illegible] [illegible] consideremus. Et primo quidem de scientia naturali [illegible] necessaria videamus, per quam Deus absoluta simpliciter & [illegible] necessaria [illegible] æterno atque immutabili actu cognoscit. V. G. [illegible] quicquid naturali necessitate in se ipso continetur [illegible] [illegible] materiam primam, atque [illegible] [illegible] de qua supra diximus, DEO coæternam, nec ab ulla [illegible] causa pendentem. Hæc igitur scientia propterea necessaria dicitur, quia omnem liberæ voluntatis actum antecedit: ut [illegible] Molina [illegible] disp. [illegible] in concordia lib. [illegible] providentiæ. Quare non potest hæc aliter sese habere quam se habet [illegible] per naturam: & [illegible] [illegible] in [illegible], tanquam primum & communissimum principium, necessaria fit [illegible] liberæ voluntatis actum antecedere dicitur, quia obiectum eius simpliciter æternum est, & [illegible] quam potest [illegible] quæ vero liberum voluntatis actum sequuntur [illegible] esse. [illegible] naturalia & necessaria [illegible] per ordinem naturæ priora sunt, libera vero & contingentia posteriora [illegible] pendeant a causa libera, seu voluntaria & indifferenti [illegible]. Unde etiam patet, hanc DEI scientiam versari circa [illegible] primi [illegible] obiectum: in quo ut libera quidem [illegible] [illegible] tantum, quæ simpliciter necessaria sunt [illegible] Deum ipsum & [illegible] Philosophos, materia ipsa [illegible] & passiones, quæ necessario consistunt, nec non omnia possibilia, quatenus [illegible] possibilia spectantur, & [illegible] necessaria considerantur. Nam quia Deus & [illegible] materiam [illegible] (ex hypothesi) ab æterno [illegible] [illegible] in omnia [illegible], ad quæ naturalis ipsius potentia [illegible] materiæ potentia passiva sese extendit, ita

ut causæ illæ simpliciter necessariæ, in quibus ista præsupposita [illegible] gnoscuntur, vel ad DEI, vel ad materiæ primæ essentiam pertinent; ergo scientiam merè necessariam gignunt.

2. Scientia libera, seu [illegible] *Libera DEI scientia dicitur, quia liberum voluntatis actum sequitur (ut prædictus Molina, loco supra dicto, docet [illegible] & cujus objectum ita pendet à Dei voluntate, ut possit per eandem non esse; & proinde ea quam dicimus intellectus non [illegible] naturæ necessitate, sed mediante voluntate propendet. [illegible] enim novit Deus, quidquid extra se facit aut permittit, vel facere, aut permittere decrevit, itaque si voluntas [illegible] esse voluisset, nunc etiam DEI scientia vel jam esse, vel futurum esse, non sciret. V. G. si Deus [illegible] quæ nunc ipsa voluntate [illegible] esse noluisset, profecto non [illegible] reipsa sit futurum, ut quidem post factum decretum [illegible] vit, nec reveratam per [illegible] scientiam [illegible] sciret, ut jam quidem omnino cognoscit. Item si alium rerum [illegible] tarū ordinē constituere voluisset, quam reipsa constituit; [illegible] tuit, quum omnia pendeant ab ipsius voluntate Apoc. [illegible] etiam hic ipsum alia alia scientia fuisset, quam nunc reverâ [illegible] quidem merè theoretica est hæc DEI scientia, non autem practica, non facit ipsa ut res existant, sed res prout actu sunt, [illegible] contemplatur: quas proinde ita, ut nunc reipsa facit, contemplari non posset, nisi hæc definitio voluntatis de ipsis antea facta fuisset.*

3. media Scientia. *Cæterum idem Molina eundem tractatum mediam quandam DEI scientiam adfert, quæ cum utraque præcedente cognationem aliquam obtinet: videlicet, per quam Deus ex hypothesi novit, qui sint eventus futuri, si tales causæ ponantur. Hujus enim objectum nusquam reipsa vel actu existit, sed potentia tantùm est in suis causis, vel secundis, vel saltem primis, non respectu quodam ad voluntatem DEI, sed nondum determinatam, sive cum hac conditione, si etiam DEI voluntas accederet. Est igitur partim necessaria,*

quia libe-

quà liberum ac definitum voluntatis actum antecedit; partim libera, quia ... hypothesin voluntatis indeterminatæ, & veluti adhuc pendentis. Non enim futura obiecta iam vel iam actu existunt, aut verè & re ipsa umquam extiturus; sed tamen sunt, ita existerent, ... si voluntas DEI accesserit. At naturalis scientia intelligit omnia possibilia absolutè, quatenus tantum possibilia sunt, siue quatenus latent in causis necessariis ac definitis per naturam. Libera autem intelligit omnia creata actu iam vel olim existentia, vel saltem certò extitura, quatenus vel sunt, vel fuerūt, vel erunt, atque ita in causis iam omnino definitis, sed tamen per naturam liberis, inclusa latent. Hac vero media, intelligit certa possibilia, quatenus aliquo modo sunt actu, videlicet respectu voluntatis indeterminatæ, & quasi suspensæ, &c.

Et sic quidem hac de re disserit Molina: quem & ipse secutus sum in Thesibus. Sed postea, re diligentius expensa, cœpi animaduertere, hanc mediam scientiam non esse distinctam specie ab utraque prædicta: sed vere pertinere ad necessariam, quatenus accipitur tantum in possibilibus, nondum actu existentibus: præsertim quum hypothetica voluntatis definitio nihil in actu ponat, sed tantùm, quid re ea futura sit consectarium esse, vel certè quo possit, aliquo modo declarari. Itaque fortasse rectius aliquis ita dixerit: scientiam DEI actualem esse primariam & simpliciter æternam; quâ Deus necessariò scit, & suarum perfectionum extensionē uniuersam, &c. [addo, simplicem, materiam primam & ... amplitudinem; primam intelligit; vel secundam, siue à prima ortam, & suo modo temporariam, qua propter antegressam voluntatis suæ determinationem nouit omnia, quatenus ipsa nixum est quocunque modo apud animum suum determinata. Porrò quia determinationes DEI non omnes eodem modo comparatæ sunt; sed quædam effectiuæ, quædam permissiuæ, item quædam absolutæ, quædam conditionales, &c. (sicut disputatione sequenti pluribus

Censura, & sua distinctio.

explicabitur) videtur per liberam hanc scientiam quædam [illegible] simpliciter; quædam verò implicitè, & sub hypothesi [illegible] [illegible] dicitur id quod [illegible] tiebus Scientia divina dicentur, ad hoc clarior intelligi [illegible]

4. 5. Scientia Dei absoluta & conditionalis.

Quod igitur ad secundam distinctionem attinet, [illegible] DEI naturalis omnino est absoluta; quia objectum [illegible] bile necessarium, nec ab ulla causa contingente (scilicet [illegible] sit, & per naturam indifferens) dependet; neque ipsa [illegible] ditione voluntatis, sed per absolutam naturæ necessitatem [illegible] scientiæ ipse immutabiliter occupatur. Libera autem scientia non prorsus absoluta, sed conditionalis aliquomodo dici potest [illegible] det ab antegressa voluntatis definitione, quæ per naturam [illegible] & indifferens est; hoc est, potuit non esse: atque objectum [illegible] tiæ non est absolutè necessarium; nec scientia divina [illegible] ate, & immutabiliter in ipsum fertur. Interim hæc [illegible] ta fortasse dici potest, quatenus nam voluntatis definitio [illegible] objectum ipsius dependet, absolutè necesse est impleri: quum Deus omnipotens sit, idemque sit immutabilis, ac constans in [illegible] consequendis. Sed tamen eadem scientia conditionalis [illegible] quatenus à conditione voluntatis jam determinata [illegible] tametsi necessaria est, non tamen hæc necessitas omnino [illegible] & naturalis est, sed à voluntatis hypothesi dependet. Quæ [illegible] media scientia superiùs appellata est, ea prorsus & simpliciter conditionalis: quia respicit voluntatem adhuc pendentem [illegible] indeterminatam; atque nullum certum objectum habet actu existens, sed tantùm potestate. Hoc & objectum, quatenus potestate tantùm est, scientiam verè fundat, & certam efficit; videlicet, quatenus ipsum latet in aliqua causa [illegible] necessaria, [illegible] DEI omnipotentia, necessario sese extendente ad omnia possibilia: quatenus autem pendet à voluntate nondum determinata, rationem scientiam velut in suspenso relinquit, quia ipsum nondum re ipsa est, hoc est, adhuc nihil est extra suas causas.

Ad quamuis haec ita fortasse non inutiliter distingui possint, [illegible]
planius tamen & simplicius est, si dicamus, omnem naturalem
DEI scientiam esse praecisam, & omnibus modis absolutam: li-
beram verò, si proprie loquamur de scientia visionis, eatenus tan-
tum absolutam esse, quatenus absolutum aliquid DEI decretum
sit de futuris libere obiectis: eatenus autem conditionalem,
quatenus obiectum non nisi sub certa hac vel illa conditione,
[illegible] Deus nihil absolute in hanc vel illam partem defi-
niverit, à Deo ipso decretum est. In qua scientia ista non iam
[illegible] sed simplicis intelligentiae dicetur. Huius
enim generis obiecta non possunt intueri absolute, quae
[illegible] per naturam necessario existant, neque certam habeant aut
definitam causam, quae iam vel aliquo libero, sed velut in me-
dio relicta, & quasi suspensa sunt: & proinde de quibus, antequam
aliud existant, neque affirmare est, neque negare. Ordinarie tamen ex
suis quibusdam causis licet indefinitis & mutabilibus, aliquatenus
[illegible] possunt: prout illa magis vel minus ad eiusmodi obiecta
producenda idonea aut disposita sunt. Id quod ex sequentibus ad-
huc plenius intelligendum esse speramus.

Restat ergo tertia distinctio, ubi scientia visionis appellatur, qua [illegible]
Deus intuetur ea, quae iam re ipsa existunt, vel saltem olim fuerunt,
vel tandem certo futura sunt: quippe quae omnia, tanquam praesentia
[illegible] praesentia, Deus inspicere dicitur. Non quod haec omnia vere, atque
in sua propria essentia, Deo perpetuo coexistant (hoc enim solis prae-
sentibus convenit) sed quod idea seu species quaedam rerum DEO
semper adsit. Nam licet praeterita non amplius existant, fu-
tura verò nondum fuerint, non tamen ideam, seu speciem abstra-
ctam, in memoria sua, velut praefixam, Deus asservat: & horum
vero imaginem in etiam sua praeconceptam habet, cuius respectu
ipsa utraque iam quasi praesentia esse videntur. Interim sciendum est,
nonnullos proprissime scientiam intuitivam ad ea tantum referri,

quæ jam actu in seipsis præsentia sunt, sive quæ realiter, [illegible] ad causas & ideas, in sua propria essentia existunt. Simplicis vero intelligentiæ *seu meræ notitiæ, earum esse dicitur quæ* [illegible] possibilia sunt; *vel etiam simpliciter impossibilia: hoc est, quæ neq; actu existunt, neq; extiterunt, neq; ut existant certo definita sunt; sed quæ existere tamen possunt, & sæpe etiam solent, & quæ nunquam futura sunt, sive de quibus jam definitum est, quod nunquam futura sint, licet absolutè loquendo esse possint: & quæ simpliciter & omnino* [illegible] *seu contradictoria sunt. Hæc tamen* [illegible] *sic comparata sunt, ut eorum notitia nō possint, quippe quæ nunquam actu sint; aliquatenus tamen intelligi, seu mente apprehendi possunt, quatenus vel generatim in suis causis licet indifferentibus, vel saltem in ideis rerum contrariarum, à DEO cognoscuntur.* [illegible] *de 1. & 2. genere hoc saltem novit Deus, quod sint entia possibilia, hoc est, quod per aliquam causam fieri possint, imo ut inter* [illegible] *soleant, si vel creatura libera, vel saltem ipse Deus, ea fieri* [illegible] *tamen de his novit, omnino jam esse, aut etiam certò & infallibiliter futura esse. De 3. genere nihil aliud explicatum habet* [illegible] *terminari in tā entia potestate: id quod per speciem contrariam in mente divina existentem, sine difficultate fieri potest.*

Cautio.

Hic tamen obiter notandum est, ista [illegible] *ad scientiam DEI necessariam & absolutam referri posse; etiam quamvis hæc intuitiva dicitur, siquidem ista, in suo genere considerata, per contrariam possibilium formam, itidem generatim prælibata divinæ omnipotentiæ acceptam, omnino necessariò Deus intelligit, & sic quodam modo intuetur. Sed tamen quia in se* [illegible] *nunquam extant, neq; extare possunt, idcirco alio sensu ad aliud scientiæ genus non immeritò revocantur.*

Conclusio de modo, & specie [illegible].

Unde jam apparet, *scientiam DEI actualem dici posse* [illegible] æquivocè, *vel saltem* analogicè, *videlicet prius, seu principaliter, de scientia* visionis, *quippe cujus objecta omnino certa sunt ac definita de-*

finita de-

[illegible] dixi, non tam principaliter de simplici intelligentiâ, *sive* *[illegible] quadam apprehensione mentis, respectu cujus objecta ipsa in-* *certa sunt, nisi quatenus in genere possibilium, seu contingen-* *[illegible], latere statuitur, aut, si aliquo modo sunt per fictionem quandam, à* *[illegible] et specie desumptam, in animo concipiuntur.*

Infertur, quatenus & quomodo unumquodque est scibile, h. e. *[illegible] tatem ac veritatem aliquam habet, eatenus & eo modo ipsum* *à* DEO *sciatur: & qualis est natura sive essentia scibilium, talis etiã* *à* DEO *est earum scientia.* Unde varius *est* modus *scientiæ di-* *vinæ prout varia sunt objecta in quibus ipsa occupatur. Nã quod* *[illegible] est, ac mentis quidã fictione* Aliquid *est, id nul-* *lo modo intelligibile est. Quod autem* Ens perfectissimum *et* *summũ est, h. e. ipse Deus id maximè intelligi ac sciri potest. Quæ* *verò* medium *quandam inter hæc extrema* naturam *obtinet,* *prout magis vel minus ad hoc, vel illud extremum accedunt, ita* *magis vel minus clariùs vel obscuriùs etiam ab ipso* DEO *cognos-* *cuntur. Et tantum de* modo *in genere.*

Ad thesin *22. 23. 24. Ex his, quæ hactenus de variis objectis,* *diversisque modis scientiæ divinæ dicta sunt, hæc tria* postulata *rectè deducuntur: quæ licet in thesibus satis explicata videantur,* *aliquid tamen illustrationis ergò hîc addemus. Itaque de 1. & 2. sciẽ-* *dum est, cum ergo corruptam esse illam* Origenis *in 8. cap. Rom. senten-* *tiam:* Non idcirco erit aliquid, quia id scit Deus futurum, sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam fiat. *Et* *tamen contrariam* Augustini *sententiam l. 15. de Trinit. cap. 14.* *cum priori illa conciliare student, nempe hanc:* Non ideo novit Deus creaturas, quia sunt; sed ideo sunt, quia ille novit. *Af-* *ferunt autem hic varias distinctiones,* scientiæ theoreticæ & practicæ, *item* liberæ & naturalis, *item* necessitatis absolutæ & hypotheticæ, *item* sensus compositi & divisi, *& simi-* *les alias.* Molina *quidem disput. 1. de concordia lib. arb. cũ* DEI

Tria postulata.

1. & 2. An præscientia Dei sit rerũ causa.

providentiâ,

providentia, sive in summa dente: naturalem DEI scientiam habere se instar actu, & mediante aliquid praescribere, [illegible] cum esse. Illocutam vero mere contemplativam esse, [illegible] tra limites mere contemplationis, hoc est, scientiam, [illegible] di inspicere ac cognoscere. Itaque illam priorem esse aliquo modo rerum causam; hanc autem posteriorem nullo modo. Et [illegible] distinctio non prorsus inepta est: sed tamen in re praesenti [illegible] scientiam naturalem non absolute ac modo, quatenus scientia est, sed relate ad alias DEI qualitates & opera, hoc est, quatenus ipsa sapientia est, considerat. Sapientiae enim proprium est, [illegible] ac disponere: scientiae vero, tantum contemplari & intelligere. [illegible] inde nec ipsa DEI sapientia est proxima rerum causa, [illegible] nec remota. Nec enim quidquam agit, nisi mediante [illegible] non continuo necesse fit, ea omnia existere, quae Deus sa[illegible] cogitare ac disponere novit.

Negativa defenditur. Itaque rejecta Augustini sententia cum Origene & [illegible] omnibus Ecclesiae Dd. quod res est, dicamus: praescientiam [illegible] per se nullam rebus necessitatem imponere, ut ut est [illegible] modo efficere, quam magis [illegible], qui memoria praeteritorum [illegible] sit causa eorum, quae praeterierunt: aut visio praesentium, [illegible] rum, quae jam acta sunt. Quin potius ex opposito, rerum ipsarum existentia, sive praesens, sive praeterita, sive futura, causa est [illegible] nitio, quae de rebus ipsis habetur; non modo quatenus [illegible] bus inhaeret, ut qualitas passiva: verum etiam quatenus [illegible] aut alio quovis intelligente, ut qualitas activa, sive ut [illegible] dividit. Etenim ipso actu nihil intelligi potest, nisi quod aliquo modo est, sive vera sit, sive per fictionem: quia non entis nullae sunt qualitates, nullaeque passiones: nec fieri potest, ut ulla mens intelligendo quippiam feratur in nihilum. Quare, ut omne subjectum ordine naturae prius est suo adjuncto, sic etiam objectum scibile praecedit actualem sciendi, sive actualem scientiam, etsi non praecedit ipsam [illegible]

vel sci-

gnitâ facultatem. Quid enim aliud est intellectio actualis, quã conjunctio objecti intelligibilis cum facultate intellectiva? Aut quomodo facultas hæc ipso actu potest occupari, si nullum adsit objectũ, in quo ipsa sese occupet? Nec refert, quod in illa naturali Dei scientia, quâ ipse seipsum cognoscit, ordo ille locum habere non potest. Hoc enim fit propter objecti stabilitatem, & potentiæ scientis (adde etiã si placet, alibi ipsius) identitatem. Quæ ratio in præscientia DEI nullo modo potest admitti. Hæc enim non simpliciter est Dei naturalis; sed pendet aliquatenus à rebus ipsis, extra Deum futuris: quia sequitur actum liberæ voluntatis in Deo; atque pro voluntatis varia conditione seu determinatione, variatur etiã ipsa intellectio. In summa universa DEI scientia, quæ res extra se positas intelligit, ordine naturæ res ipsas saltem in suis causis existentes, præexigit: utpote quoddam ipsarum adjunctum, quod in ipsis cognoscendis seu contemplandis occupetur: ac proinde causa earũ nullo modo esse potest. Quod si aliter esset, absurda plurima consequerentur; V.G. 1. Deum esse causam omnium peccatorum ac scelerum, quæcunq; in mundo fiunt: quippe quæ omnia per scientiam suam (quam rerum causam esse dicerent) extra controversiam intelligit. 2. Non plura objecta à Deo intelligi, quã quæ reipsa & actu existunt: quia, videlicet, intelligentia Dei necessaria & immutabilis causa statuitur existentiæ rerũ. 3. Scientiã, potentiãq; & voluntatẽ Dei æquè latè patere semper, quia nihil Deum efficit, nisi quod scit, vult & potest. 4. Deũ omnia ex absoluta naturæ suæ necessitate ferri operari: quippe qui omnia intelligit, quæ quidem intelligibilia sunt, &c. Plura jam non addemus.

Hinc igitur apparet, quid de 1. quoq; porismate statuendũ sit. Si enim scientia Dei non est causa rerũ sed consequens earũ adjunctũ communiter efficitur, necesse esse, ut certitudo præscientiæ præsupponat certitudinẽ existentiæ rerũ; si non realis sive actualis in rebus ipsis saltem idealis sive causalis, in ipsarum rerum principiis atque i-

Unde constat certitudo divinæ præscientiæ.

deis. Nempe, quæ præsciri certò non potest, nisi quod certò futurum est, & cujus veritas aliquo modo jam antè definita est. Hæc autem certitudo, sive certa præscientia, non in ipsa DEI scientia per se considerata, sed in alia quacunque causa necessariò fundari debet: sicut ex ante dictis apparet. Unde & hoc consequitur, futura illa, quæ infallibiliter à DEO præsciuntur, tametsi respectu proximarum causarum rectè contingentia dicuntur: alio tamen respectu certa & necessaria non immeritò posse appellari: nempe respectu illius causæ, quæcunque tandem illa sit, in qua certitudo ista futuræ existentiæ fundatur. Quum enim omnis effectus suæ causæ semper correspondeat; & in hac futurorum præscientia causam aliquam immutabilem intervenire (vel potius prævenire, seu præcedere) oporteat, à qua nimirum infallibilis illorum futuritio (ut sic loqui liceat) ita dependeat, ut ipsa infallibilem illam præscientiam in intellectu fundare atque exstruere possit: omninò consequitur, illa quæ futura, licet aliàs sint contingentia; saltem respectu hujus immutabilis causæ, etiamsi fortè remotissimæ, non malè necessaria, sive certa & immutabilia vocari. Nam nisi ita statuamus, alterutrum ex duobus illis absurdis, quæ in thesi 24. exprimuntur, omninò inci[illegible]qui necesse est, quæ hîc repetere nihil attinet.

Difficultas in assignanda hujus certitudinis ratione.

Verùm hîc maxima jam difficultas oritur, in assignanda illa immutabili causa, unde infallibilis futurorum contingentium existentia (& porrò certa eorundem præscientia) dependeat. Hîc enim magna sententiarum varietas apud DD. Scholasticos occurrit: & qui rem totam diligentissimè considerasse videntur, iidem demum apertè fatentur, nullam ejusmodi causam, respectu omnium futurorum contingentium, à nobis assignari posse, in qua tutò liceat conquiescere. Vide inter alios Franciscum Suarezium, in opusculis de præscientia DEI, præsertim lib. 1. c. 1. & sequentibus usque ad 4. ubi modos omnes & singulos, ab aliis afferri solitos, satis prolixè declarat, & pro virili sua confirmat: sed ita, ut tandem eos ipse refellat. Cujus universæ disputationis summam hîc paucis re-

pertinent. Causam igitur hujus certitudinis alii aliam afferunt: Et 1.
quidem 1. ipsam rerum omnium in æternitate existentiam, sive
realem apud Deum præsentiam. Hac enim posita, consequitur res o-
mnes absque ulla difficultate infallibiliter ac certò à DEO præsciri,
vel potius sciri; quum ipsa certò ac necessariò jam apud Deum ex-
istant. Sed hæc opinio suprà satis refutata est disput. 3. ubi ostendi-
mus, nihil creatum ab æterno existere, sive æternitati toti coexiste-
re posse, &c. 2. ipsam divini intellectus efficacitatem, sive subli- 2.
mitatem & eminentiam, quâ infinitis partibus intellectum
creatum excedat; ita ut conditionaliter posita hac, vel illa rerum
ordine, statim intelligat, qui & quales effectus à singulis causis, eti-
am contingentibus ac liberis, quocunque tempore & loco emanaturi
sint. Sed neque hæc sententia solida est: quum nulla tanta sit efficaci-
tas, vel sublimitas intellectus, quæ certa ex incertis efficere possit:
præsertim si intellectio ipsa per se non est rerum causa, uti paulo an-
tè probatum est. 3. ipsam DEI essentiam, tanquam summam & 3.
generalissimam rerum omnium ideam, sive causam exempla-
rem; in qua omnes omnino res, quæ unquam fuerunt, sunt, aut e-
runt, clarè relucent: ita quidem, ut Deus per hanc suam essentiā,
tanquam per speculum quoddā exemplare, omnia futura certò præ-
cognoscat. Sed & hæc sententia prorsus absurda est: quum essentia
DEI propriè loquendo, statui non possit exemplar rerum creata-
rumque, præsertim malorum, puta peccatorum, &c. quamq; essentia
ipsa DEI per se, boni est, nisi mediante voluntate, pro rerum causa
haberi non possit. 4. ipsam divinæ voluntatis determinationē; 4.
in qua, tanquam prima causa efficiente, sive efficaciter decernente,
Deus ipsas res alias efficiendas, ac tamen jam certò decretas intuea-
tur. Atq; hæc sententia, ut receptior, ita sanè verior est, si modò nō
extendatur ad omnia omninò futura, etiam scelera & peccata, &c.
Nam profectò nihil extra se certè futurum novit Deus, saltem in-
fallibiliter, quod nō ipse futurum aliquatenus decreverit. Et enim

1. nihil certò præsciri potest, quod non aliquando est certò futurum: quum veritas entis in veritate Entis necessariò fundetur, quippe cum ambæ inter se perpetuò convertantur. 2. Nihil est à se ipso præter solum Deum, juxta receptam quidem fidem: saltem nihil creatum à se ipso existere unquam potuit: sed causam aliquam necessariò habere debet. 3. Scientia DEI sola & per se considerata, non est rei causa; ut supra satis apertè probavimus. 4. Quod verò & infallibiliter futurum est, ab certam & necessariam suam causam habere debet: quia causa non potest esse toto genere diversa suo effectu. 5. Deus nihil extra se agit ex absoluta & naturali necessitate, sed omnia ex arbitraria libertate. Ita ut omnis rerum transitio dependeat à libera Dei voluntate, &c. Ex quibus omnibus efficitur, universa futura, quæ Deus infallibiliter præscit, ab ipso jam antè, ut fierent, decreta fuisse: sive jam fiant ex causis secundis necessariis, sive ex contingentibus; dummodo respectu primæ causæ, hoc est, divini decreti, necessariò tandem futura esse statuamus. Nihil enim impedit, quò minus idem effectum ratione proximæ causæ contingens; ratione autem remotæ causæ necessarium appellitur.

Alia difficultas, de voluntate DEI.

Sed jam hîc nova difficultas exoritur, circa Dei voluntatem, *quatenus ipsa pro causa universali & infallibili omnium futurorum contingentium assignatur. Qualis enim hæc voluntas sit: effecti*va, an permissiva, absoluta, an cōditionalis, *&c. nō leviter inter*
2. *Dd. Scholasticos disceptatur. Nam 1. si voluntatem DEI effe*ctivam *dixeris, jam Deum reipsa omnium scelerum Authorem effeceris: quippe cujus efficacem voluntatem, omnium futurorum (inter quæ certè etiam peccata sunt) immutabilem causam esse affirmaveris. Id quod minimè ferendum est, utpote universæ Religioni valdè noxium, & toti Sacræ Scripturæ, imò & naturæ quasi*
a. *sè diametro contrarium. 2. Si* permissivam *dixeris, jam videtur*

adhuc inexplicabile, quomodo voluntas illa, quæ tantùm sinere seu permittere decrevit, earum rerum, quæ planè contingenter ac liberè fiunt, infallibilis causa constitui possit: quum illa permissio nihil in rebus ipsis statuat, sive nihil foris operetur, sed tantum motus statuat, alioquin suam externam continere aut propriam causæ secundæ operationem impedire. 2. Eadem difficultas erit, si 3.
conditionalem voluntatem nominaveris: quum hæc nihil in aliis ponat, nisi hac, vel illa conditione prius existente: ac proinde nihil certi definiat, nisi quatenus absolutum aliquod decretum, de ipsis conditionibus aliàs extiterit, eam antè factum est. 4. Sin ab- 5.
solutam & simul efficacem DEI voluntatem produxeris, occurrent absurda alia quàm plurima, & quàm gravissima, quæ non facilè sit ita diluere, ut mens nostra securè hîc acquiescat.

Obiectiones contra universalē præscientiam.

Quæ certè Aristoteles, in libro περὶ ἑρμηνείας, & Cicero libro 2. de divinat. & post eos alii complures viri doctissimi, hæc absurda cōsiderantes usque interdum urgent, ut etiam infallibilem hanc omnium futurorum præscientiam propterea negandam existiment. Nec videtur Augustinus, libro 5. de Civitat. DEI cap. 9. & 10. nodum difficultatis accuratè solvisse. Sic autem illi ferme in summa dispu- 6.
tant. 1. Si esset ejusmodi universalis simul & infallibilis præscientia in DEO, nulla esset rerum contingentia, nulla etiam humani arbitrii libertas, & porrò locus nullus esset virtutis aut vitiis, præmiis aut pœnis, nullus item usus consultationum, admonitionum, castigationum, &c. quæ omnia prorsus absurda sunt, & Religionem simul ac Rempublicam, hoc est, societatem humanam, evertunt. Ratio consequentiæ ex dictis apparet: quia infallibilis futurorum omnium præscientia, quum ipsa non sit rerum causa, præsupponit infallibilem illorum existentiam futuram, & quidem futuram ex causa illius immutabilis, unde futuritio eorum proficiscitur: sicut ex antè dictis abunde manifestum est.

Ergo jam ab aeterno constituta est antecedens aliqua omnium rerum necessitas, quam nulla ratione flecti, aut evitari potest. Quod si jam si ita est, quorsum inquiunt illi, attinet orare, laborare, virtuti studere, consultare? &c. Nam quidquid tandem egeris, aut non egeris, immutabilis est omnium rerum operumque eventus. Nec ad summam rei quidquam refert, si cum Augustino suprà citato dixeris: hæc ipsa media, puta laborem, conatum, studium, preces, consultationem & instrumenta esse eodem decreto inclusa, per quæ necessitas illa, jam olim præfinita, tandem impleatur. Hoc enim ipso conatum et laborem omnem sustuleris, si ipsum quoque necessarium, ac prorsus infallibilem esse statueris: quia quod omninò immutabile est, & non nisi uno modo, sive hoc, sive illo planè necessariò futurum, de eo frustra esset diu multumque sollicitè cogitare, teste ipso Christo Matth. 6. 27. Itaque hinc porrò efficiunt, ne ab ipso quidem Deo verã ullam justitiam in præmiis aut pœnis distribuendis, exerceri posse, si tam inæqualiter tractentur illius creaturæ, quas ipse tamen æquales, in absoluta necessitate sic vel aliter agendi, aut non agendi, esse voluit. In summa: nullam veram contingentiam, *nullamque humani arbitrii* libertatem *ferre existimant: si de omnibus omninò futuris antecedens aliqua fatalis necessitas statuenda sit, per quam, sibi omnia & singula futura jam ab aeterno sic unam in partem determinata sint, ut in alteram ferri nullo modo possint.*

a. 2. *Neque verò hæc tantùm absurda isti urgere solent: sed & alia, ut videtur, longè graviora, quæ paucis hac occasione distinguemus. Sic enim argumentari solent: Infallibilis ista & prorsus universalis omnium futurorum præscientia non modò nullis usui est in Deo, verumetiam perpetuam rerum humanarum inspectionem, ac moderationem, DEO prorsus adimit; atque ita DEI providentiam & gloriam non leviter obscurat, quatenus eum quodam modo otiosum efficit.* Prius *illud ex eo fieri, inquiunt, apparet, quòd neque ad internam aut naturalem DEI perfectionem, neque ad ipsius providentiam,*

externam

rerum omnium gubernationem, quodquam illa præscientia per se conferre, sicut rem ipsam intuenti manifestum esse potest. Posterius autem ita probant: *Quæ necessaria sunt, ea non nisi uno modo fieri possunt, eademque ne fiant, nulla ratione impediri potest. Quid igitur attinet, Deum ea, quæ ab hominibus fiunt, perpetuò inspicere ac contemplari, imò pro suo arbitratu moderari (quod passim de ipso S. literæ affirmant) si ea jam ab omni æternitate certò fit, & non aliter futura prævidit? Annon ipsa ratio docet (prout* Aristoteles *in 3. Ethicorum prolixè ostendit) de necessariis nullam esse consultationem, nullamque earum prudentem dispositionem, ac directionem? At sine ista perpetua rerum omnium inspectione, & directione, summum* DEI *imperium quod in nos habet, inviolatũ conservari non potest. Quare quum illa secum ferre non possit infallibilem istam omnium futurorum prænotionem, hanc potius, quàm illam in causa Religionis abjiciendam putant.*

1. *Addunt & illud, quòd, admissa hac præscientia universali, & prorsus infallibili, necesse sit multa Scripturæ loca mirabilibus glossis torqueri; imò* DEO *turpia & absurda quædam attribui, & nominatim ejusmodi imprudentiam, quæ ne in hominem quidem cordatum cadere possit. Nam 1. quis unquam, inquiunt, rectè interpretabitur illud Gen. 6. ubi Deus indoluisse dicitur, propter insperatam hominum malitiam; & præterea 120. annos ad resipiscendum hominibus indulsisse? Quæ posterior sententia etiam Esa. 5. de vinea, ab ipso* DEO in eum finem plantata, *ut bonas uvas proferret (sed quæ labruscas tamen, quasi præter expectationem protulerat) occurrit. Vide loca similia* Luc. 13. & Rom. 2. *ab initio, item* 1. Petri 3. & 2. Petri 3. *de patientia* DEI*, expectantis hominum pœnitentiam, &c. 2. Quis porrò, aiunt, admissa hac præscientia, unquam intelliget, quod* Gen. 22. *Deus tum demum Abrahami pietatem cognovisse dicitur, cum is filium suum obtulisset? Cui loco similia sunt alia complura, quibus asseritur, Deum scrutari,*

*simulari, sive explorare corda & renes, immo idcirco hominem ten-
tare, ut ipsorum animum exploret, & velut in lucem proferat: ut*
Deut. *8. & 13. & passim alibi videre est. 3. Quomodo denique, in-
quiunt, DEO dignum erit, quod ipse* Num. *14. ait, se populum il-
lum in terram promissam jam minime introducturum, [illegible]
postquam is aliquoties rebellis fuisset: quod tamen antea se [illegible]
se juraverat? Nam quis homo prudens ex animo juret se id factu-
rum, quod se nunquam facturum probe noverit, & tamen [illegible]
facere malit, exploratissimas habeat? Aut quis sapiens ob illa tri-
ste contristatur, quæ ipse, ut ita fierent, ordinavit? Quis etiam vir
prudens ea serio speret, aut expectet, & patienter quidem expectet,
quæ certo sciat nunquam eventura esse? Quem denique Deum dici-
mus ex animo locutum, si affirmaverit, ea se expectasse aut futura
sperasse, quæ nunquam futura esse certo præsciebat? immo quæ ipse
nunquam fieri volebat? Absit autem, ut* DEO *vel hypocrisin, vel
temeritatem atque imprudentiam ejusmodi attribuamus, quæ quan-
do per infallibilem illam omnium futurorum prænotionem indu-
ci omnino videtur.*

Exceptiones ad argumenta contraria. *Sic igitur illi de hoc argumento fere disserunt: qui tamen, aut* omniscientiam DEI *illaterum abnegare, aut aliquam ipsius* imperfectionem DEO *adscribere, videri nolunt. Nam* 1. *illud de* omniscientia DEI *sic fere dissolvunt: idcirco Deum omniscium dici, quia sciat omnia, quæ sciri possunt, hoc est, quæ aliquo modo sunt. At quæ vero omnino modo contingenter futura sunt, ea priusquam fiant, nullo modo sunt. Ergo nec scibilia sunt. Nihil igitur, inquiunt, Omniscientiæ* DEI *decedit, propterea quod ista nescire dicitur: quemadmodum nihil hinc Omnipotentiæ ipsius detrahitur, quod ea, quæ simpliciter impossibilia sunt, facere nullo modo potest. Quod autem contingentia illa prorsus non sint, tunc patere putant, quia neque in seipsis sunt; neque ullam habent veritatem ac definitam suæ futuritionis, seu futuræ existentiæ con[illegible]*

ficat

fuisse antedictis apparet. 2. Quod autem ad ea S. Scripturæ loca 2.
attinet, in quibus Deo præscientia futurorum, etiam contingentium, manifestè tribuitur, multa speciatim iidem respondent: sed quæ non incommodè ad has quasi regulas generales revocari possunt. 1. Si quid, inquiunt, Deus dicitur certò præ novisse de rebus bonis aut adiaphoris, id sine dubio Deus ipse efficaciter decrevit, licet aliquo respectu proximarum causarum, contingens sit. 2. Si de malis operibus aliquid certò prædicit Deus, id ipsum quidem opus, quâ opus, aut quà pœnale judicium est, à Deo decretum fuerit; non autem peccatum ipsum, seu ipsa cordis malitia: ut in Petro & Juda videre est. 3. Si nudè & simpliciter (h. e. sine expressa mentione certitudinis atque universalitatis) aliquid præscire aut prædicere Deus dicatur, sive ad bonum, sive malum sit: fieri potest, ut prænotio, aut prædictio ista, sit ex verisimilibus tantum: quippe quibus etiam Deus humano more nobiscum agens, sæpius utatur. 4. Similiter inquiunt, fieri potest, ut in ejusmodi locis Admonitio potius sit, vel benefaciendi, vel mali vitandi; quàm vera & propriè dicta, simulque infallibilis & certa prædictio: nempe, quia & tunc ipso casu, absque ulla veritatis jactura, sic malis ipsis, prænotionem aut prædictionem aliquam significamus, ut nos solemus, &c. Unde concludunt, ex singulorum locorum circumstantiis investigandum esse, quid maximè ad propositum faciat: nec quidquam necesse esse, ut mirificam illam omnium futurorum præscientiam, quæ omnem humani arbitrii libertatem, atque adeò universam Religionem, tandem omninò destruat, amplius retineamus.

Censura, & decisio hujus controversiæ.

Ex his igitur verum esse apparet quod suprà de maxima hujus argumenti difficultate dicebamus: quæ sanè major est, quàm vulgò plerique existiment; sive causam illam infallibilis omnium futurorum præscientiæ, in ipsa DEI natura atque

essentia, sive in ejusdem libera voluntate, eaq; vel efficiente vel permissiva, &c. sive in alio aliquo principio, aut fundamento, statuamus. Quidquid n. pro illa causa tandem assignaveris, inexplicabilem undiq; Labyrinthum offendes. Ut *tutissima eorum sententia videatur, qui, quam infallibilem & prorsus universalem praescientiam illam omnino asserendam esse existimant, ignorantiam nostram, in assignanda ejusdem praescientiae ratione, simul agnoscendam esse praescribunt. Nam qui praefracte, vel hanc, vel illam rationem in specie tuentur, & nominatim, qui absolutam simul & efficacem* DEI *voluntatem, primam & infallibilem omnium omnino futurorum causam efficientem esse, affirmant: quomodo ab impiis illis & blasphemis consequentiis, quas superius attigimus, expedire sese possint, ego quidem non video. Si quis autem est qui planius & subtilius haec omnia explicare se posse confidat, quam hactenus à DD. Scholasticis (& speciatim ab* Hier. Zanchio, Franc. Suarezio, & L. Molina) *factum sit, is operam suam in hac [illegible]ptione forsitan non male collocaverit. Ego interim malo ignorantiam meam hac in re modeste confiteri, quam vel Deum peccati auctorem oblique constituere; vel quidquam aliud manifeste impium, aut alioqui ἀδύνατον, sive ἄτοπον & ἀδιάλογον, affirmare. Nec tamen ullo modo dubito, Deum prorsus omniscium esse, h. e. omnia omnino scibilia exactissime scire, quo quidem modo ipsa scibilia sunt. Et quia certum est, res creatas universas à libera* DEI *voluntate, tanquam à suprema causa, saltem mediate, dependere: nec minus certum est, nullius plane sceleris aut flagitii Deum auctorem esse, (immo neq; eodem modo divinitus omnia decreta, seu definita esse; sed alia quidem efficaciter, sive effective, alia vero permissive; & rursus alia pure & absolute, alia vero conditionaliter, à* DEI *voluntate quasi derivanda esse: idcirco hanc ipsam integram* DEI *voluntatem (sed omnino generatim & late acceptam) pro vera & unica divinae praescientiae causa, rectissime assignari existimo: licet in specie [illegible] [illegible]*

modum,

modum seu rationem illius certitudinis, quae tum rebus ipsis contingenter futuris, tum divinae illarum praescientiae tribuitur, sapienter assignare non possim. Imò nullum fortasse mortalium esse credo, qui difficultatem istam prorsus expedire possit. Itaque rem in medio relinquo: nisi quod nunquam Dei praescientiam in aliqua speciali ejusdem voluntate, seu decreto aliquo antecedente, qualecunque tandem illud sit, necessario fundari: & consequenter eidem decreto, seu divinae voluntati, illam per omnia consentaneam esse, existimo: paratus alioqui semper, si forte hic errem, aliorum rectius sentientium judicio cedere, & veritati planius expositae locum dare. Et tantum de his porismatis, eorumque controversiis.

Brevis decisio aliarum aliquot quaestionum.

Ad thesin 25. *Hae septem quaestiones, & alia quaedam consimiles, etsi plus subtilitatis, quàm utilitatis habere videntur, non tamen omninò negligendae sunt: quippe quae sobriè tractatae, non exiguam lucem huic universo de Natura DEI argumento afferre possint. Sic autem revera comparata sunt, ut sine distinctionibus rectè decidi non possint. In qua parte* Scholastici Dd. *(& qui hos incautius sequuntur) non parum hallucinari videntur: dum promiscuè, & sine delectu, de qualibet DEI scientia id totum asserendum esse statuunt, quod forte huic vel illi speciei tantùm, & quidem respectu hujus vel illius specialis objecti, jure attribui potest. Nam v. gratiâ, cum generatim & citra limitationem affirmant, omnem actualem DEI scientiam, sive quemlibet divinum sciendi actum, esse ipsam Dei essentiam (ex qua hypothesi non pauca alia, satìs valde paradoxa, dependent) certè aut ipsi sibi contradicunt, dum aliã liberam aliquam scientiam, quae liberum divinae voluntatis actũ sequatur, in DEO agnoscunt; aut essentiam DEI simpliciter aeternam immutabilem, & prorsus independentem esse, negant. Quorum utrumque vehementer absurdum est: quum nec libera illa sci-*

Non omnis actualis scientia est ipsa DEI essentia.

entia, sine jactura pietatis, immo totius Religionis, in DEO neget possit: nec essentia DEI (hoc est, Deus ipse, qui certè scientia nec posterior est) à libera voluntatis ordinatione suspendi, vel derivari, sine blasphemia queat. Hic igitur omninò distinctio [illegible] pus est, non modò inter facultatem, & actum sciendi, verum etiam inter actum merè naturalem, & praeviationem sive liberè praeveniendo [illegible] pectum divinae scientiae, vel simpliciter aeternum, tamen DEO essentiale est; vel creatum & temporarium, seu DEO extrinsecum, & à libera ipsius voluntate pendens. Itaq; dicendum potius est, actum illum sciendi, quo Deus extra se res creatas, puta singulas speciatim & distinctè, cognoscit, sive quo eas coram intuendo [illegible] git, ad essentiam Dei minimè pertinere, h. e. non esse ipsum Deum, sed ejusmodi operationem esse divinae mentis, quae non, nisi mediante liberae voluntatis actione, in DEO locum habere possit: & eandem hanc mentis operationem, pro diversitate objectorum, [illegible] quoq; diversam esse; quatenus actus speciales ex ipsa specialium [illegible] pectorum, in quibus illi distinctè occupantur, diversa natura & essentia, necessariò aestimandi sunt. Neq; verò magis absurdum [illegible] ejusmodi liberas intellectiones in DEI mente, sive intellectu, quàm liberas volitiones (à quarum interventu [illegible] appellantur) in Dei voluntate statuere: quae, videlicet, absolutè loquendo, in DEO non esse possent, si quidem ipsi placuisset aliam rerum seriem ac dispositionem instituere, quàm reipsa [illegible] Id quod certè fieri potuisse, nemo negaverit.

Porrò licet hinc omnium illarum quaestionum solutio non difficulter peti possit, aliquid tamen de singulis addemus: sed ita, ut sententiam tantùm, velut in turba, dixisse; non autem praejudicium aliquod attulisse videamur. Itaq; sic ad quaest. 1. Respond. Naturalis DEI scientia nullum aliud habet medium per quod exseratur, quàm essentiam DEI. Sed libera scientia, item media, jam in Dei [illegible] mentis actibus etiam causis liberis, hoc est, rebus ipsis creatis, aut cre-

2\.

ando

mundo. Nam nisi intervenires definita saltem Dei voluntas, in sic-
qua Deus per liberam scientiam novisse dicitur, hæc certè libera
dici non posset. Sic porrò de aliis gradibus judicandum est. Ad 2. 2.
Resp. Seipsum, & quidquid naturaliter in se continet, sic intelligit
Deus, idq; ab omni æternitate. Omnia etiam decreta, quæ semel a-
pud se gratuitè definivit, uno modo & actu, post factam definitionē,
accuratissimè novit. Sed de aliis omnibus & singulis, quæcunque
sunt & fiunt, seorsim & per se consideratis, hoc affirmari non potest,
quippe quæ non modo successivè in tempore, verumetiam contin- 3.
genter, & sæpè conditionaliter, existunt. Ad 3. Resp. De naturali
Dei potentia ita est: de libera, non item. Hæc enim, quatenus ex ob-
jectis specificatur potest alia, atq; alia esse in Deo. Essentia autē DEI,
alia quàm est, esse non potest, ut quæ simpliciter immutabilis est. Ad 4.
4. Resp. Videtur omninò quædam dianœa, sed merè divina, & no-
stræ valdè dissimilis, esse in Deo: sicut ex Responsione ad 2. colligi po-
test. Nam de quibus absolutè nihil ipse definivit, ea ratiocinando
vel in hanc, vel in illam partem colligere dicitur. Vide exempla Ge-
nes. 18 Deut. 21. & 32. &c. Ad 5. Resp. Nunquam potest falli divi- 5.
na scientia, quo quidem modo ipsa est in DEO. Nam visionis scien-
tia semper certissima est: simplex autem notitia, quia sequitur ipsā
objectorum naturam, idcirco & ipsa semper in suo genere infallibi-
lis est. De futuris etiam contingentibus, quæ quidem ad neutram
partem absolutè definita sunt, nulla habetur alia scientia, quàm vel
hypothetica, sive alternativa, ad hanc, aut illam speciem; vel abso-
lutè ad partem utramlibet. Ad 6. Resp. Sciendi Potentia semper e- 6.
adem est. Actus etiam idem est, quoad scientiam naturalem:
item quoad liberam, sed quatenus est absoluta visionis. In me-
dia verò & hypothetica intelligentia, non ita prorsus esse videtur:
ob rationes, autoribus passim expositas. Ad 7. Resp. Non potest 7.
scientia DEI propria cum quoquam vel homine, vel Angelo,
communicari, si vel ipsam sciendi potentiam, vel modū Dei propriū,

seu merè divinum sciendi actum, scilicet. Potest autem communicatio fieri, quoad omnia objecta scibilia, licet inaequaliter tamen cognita. Nemo enim, v. g. Deum tam perfectè unquam novisse potest, quàm ipse sese novit. Alioqui potest homo, ex Dei communicatione omnes res creatas exactè cognoscere, adeoq; etiam occulta cordium consilia in aliis perspicere, sed modo tamen humano, hoc est, naturae & proprietatibus humanis omninò consentaneo. Id quod in controversia de Ubiquitate, *quàm suprà disput. 1. prolixiùs examinavimus, diligenter observandum est: saltem ut loca Scripturae, quae divinam quandam scientiam, sive omniscientiam, Christo homini communicatam esse affirmant, rectiùs intelligi possint. Vide apud Thomam & Zanchium, locis hic citatis.*

De Sapientia DEI, ejusque objecto.

Ad thesin *26.27. Hactenus de* Scientia DEI *vidimus: nunc* de Sapientia *videamus: quae non in nuda rerum contemplatione, sed in artificiosa excogitatione, & accurata ordinatione earundem, ejusq; finis in eo praecipuè consistit, ut omnia Dei decreta, opera & judicia, cum summa ratione & prudentia (puta in certo numero, pondere, & mensura, &c.) item ob certos utilesq; fines, effici appareat. Hujus etiam tum* objectum, *tum* modum *considerare nos oportet, si de ipsa rectè statuere velimus.* Et objectum *quidem adaequatum seu proprium est, quidquid sua natura contingens est, & à libera* DEI *voluntate pendere potest: sive de quo consultatio aliqua institui, & in cujus inventione, ac dispositione, artificium aliquod exhiberi potest. Itaq;* Deus ipse, *& quidquid* Deo *naturale est, sive quidquid simpliciter aeternum, independens & absolutè necessarium est, hinc omninò excipiendum est.* Nam *de iis quae absolutè unico omnino modo habere se possunt, nulla potest esse prudentiae aut deliberatio: proinde nec ullus propriè dictus sive prudentiae sive sapientiae actus: sicut ex 3 & 6. Ethicorum apparet. Sed in aliis re-*

aliis rebus omnibus, quæ non à seipsis, sed à libera DEI voluntate pendent: quæ in creatione & gubernatione totius Mundi, & omnium ejus partium; & speciatim, in moderatione generis humani, atque in procuratione salutis seu Redemtionis per Christum partæ, ubique id genus operibus, tùm decretis ac judiciis divinis, & sapientia & prudentia divina nullis horis occupatur: ita ut Deus nihil hic nisi summâ cum ratione cogitet, decernat, ordinet, efficiat, permittat, &c. ubique sine optimo consilio, propter finem aliquem singularem, instituat. Denique, quicquid sapienter excogitari, prudenter disponi, commodè regi, & ad finem aliquem destinari potest, id omne, quantumvis varium & multiplex sit, divinæ sapientiæ objectum censeri debet. Vide loca Scripturæ in thesibus citata.

Ad thesin 28. 29. Quemadmodum objecta Sapientiæ divinæ varia sunt, ita & modus variat. Nam illustrior est ipsa in iis operibus, quæ majoris sunt momenti: obscurior in aliis, non ita præstantibus, &c. Sed tamen generatim consistit omnis actus sapientiæ partim in artificiosa variarum rerum excogitatione, partim in aptissima earundem ordinatione, & ad suos fines directione. Hæc autem utraque pars ita hìc comparata est, ut ratio divinæ sapientiæ (præsertim in negotio Religionis, & salutis) iis quidem qui verbo & Spiritu DEI carent, prorsus sit incomprehensibilis, imò inepta sæpe & stolida videatur; iis verò, qui per DEI verbum & spiritum edocti sunt, suprà modum artificiosa, concinna, perpulchra, & Deo solo dignissima appareat. Nam ut opus creationis, exempli gratia, obiter perlustremus, quanta illic sapientia apparet? Incepit Deus ab imperfectioribus, & paulatim ad perfectiora progressus est. Omnia suis locis pulchrè, veluti instructos exercitus, collocavit. Nihil omninò creavit, quod non aliquem sui usum, ad totius universi pulchritudinem ac perfectionem, conferat, &c. Ut rectè dictum sit à Davide, Psal. 104. 24. Omnia in sapientia fecisti. Sic in opere Redemptionis, ac salutis per Christum allatæ, maxi-

De modo sapientiæ divinæ, ejusque duplici actu.

me &c.

At si quæstio speciatim & limitatè *proponatur de eodem effecto, vel objecto, sive de eodem rerum genere, nulla prorsus interveniente mutatione: tum pronunciatum hoc affirmativum prorsus absurdum atq; impium videri debet: si præsertim ordinariam Dei voluntatem, eamq; totam, sive integrè acceptam, consideremus. Quũ enim* DEUS *per naturam immutabilis sit, idemq; sincerus & verax, immò per omnia sanctus & justus, & quidem in summo gradu: fieri certè non potest, ut respectu unius ejusdemq; rei simul & temporis diversas, nedum contrarias, habeat in seipso volunta-*

ter. Hæc enim contrarietas, immò qualiscunq; diversitas, ... duplicitatem quandam, imo in DEO latitatem ac proinde ... & propriè dictam animi mutabilitatem, immò & veram hypocrisin ac falsitatem, & denique veram pravitatem quandam, ... seriò & per se argueret. Quæ omnia quum per se mala & vitiosa, vel saltem cum defectu & imperfectione aliqua coniuncta sint, ... mitus à DEO removeri debent. Itaq; quicquid Deus in verbo suo vel præcipit, vel prohibet, vel promittit, vel minatur, vel aliis quovis modo velle se testatur, id verè & seriò ipsum velle omnino statuendum est: nec proinde unquam suspicandum, aliud ipsum foris significare, aliud intus in animo suo occultare.

Scholastici. Atq; hic optarem, viros quosdam præclaros, & alioqui doctissimos, dum in hoc argumento explicando versantur, istam quæstionem paulò circumspectius explicasse: nec phrasibus suis horridioribus, & prorsus incommodis occasionem aliis dedisse, absurda quædam & blasphema paradoxa ex ipsorum doctrina colligendi. Sic enim ad hoc problema respondere solent, ut Deum id verè & seriò velle infitientur, quod reipsa non fit: contraq; id omne verè & propriè Deum velle affirment, quicquid alio modo fieri videmus. Nempe, quia hypothesin hanc semel incautius assumserant: Omnem veram DEI voluntatem reipsa fieri, sive ipso actu impleri. Unde porrò colligere solent, præcepta DEI, quamdiu reipsa ab his, vel illis hominibus, non implentur, respectu eorundem hominum, à quibus non servantur, non esse veram & propriam DEI voluntatem: quippe quæ semper reipsa fiat; quum præcepta illa non semper fiant. Sed tamen iidem viri doctissimi ad propositam quæstionem, interdum aliter etiam, & quidem multò commodiùs, respondere solent: nempe unum idemq; DEI decretum multis sæpè partibus constare, easq; sic inter se ordinatas esse, ut earũ aliæ hoc, aliæ illo tempore, vel loco, distinctè sint implendæ: atq; ita interdum fieri, ut una harum partium externo DEI verbo, altera verò reipsa, sive

ipso eventu ipse, tandem implicatur ac revincitur. Quæ responsio sanè commodior est illâ priore; quum directè nec hypocrisin, nec ullam aliam moralem vitiositatem, seu pravitatem, DEO tribuere videatur. Sed tamen hoc incommodi habet, quòd eo saltem tēpore, quo præceptum DEI non impletur, veram DEI mentem ac voluntatem illo ipso præcepto contineri, sive seriò explicari, perspicuè negat. Id quod minimè ferendum videtur, ne tandem alia paradoxa, prioribus etiam longè absurdiora, quæ necessariò hinc derivari solent, admittere cogamur. Quare, ut initio dicebam, simpliciter & securè statuendum est, nullas in DEO esse contrarias voluntates, ejusdem rei respectu: ac proinde, quidquid DEUS ipse diserte, vel se facere velle, vel à nobis fieri velle, in verbo suo testatur, idipsum, licet ipso actu non fiat, pro vera tamen & constante ipsius voluntate omninò habendum est.

Ad objectionem porrò illam, de omnipotentia DEI (quæ Sol. object.
necessariò postulet, ut quidquid DEUS vel facere, vel fieri velit, secunda.
id reipsa fiat) infrà suo loco commodiùs respondebitur. De exemplis 1.
autem Abrahami, & Pharaonis (quibus aliqua DEUS olim 2.
imperaverit, quæ tamen ipse non ita fieri voluisse videatur) abundè in thesibus ipsis sententiam nostram explicavimus. Hic tamen illud jam addimus: non immeritò dici posse, Abrahamum quidē id verè fecisse, quod DEUS ab ipso fieri cupiebat, h. e. filium suū consulto obtulisse, quem ipse DEUS oblationem istam præcedere volebat: licet extremam manum huic oblationi (quod neq; DEUS ipse fieri diserte jusserat) Abrahamus haudquaquam imposuerit: Pharaonem verò suis flagitiis id probè jam antè commeritum fuisse, ut aliquamdiu velut ambiguis verbis deluderetur, & extraordinario quodam DEI judicio exagitaretur: vel potiùs ipsum pertinaci & continua obstinatione sua, quā ipsam quoq; DEUS præstituerit, indurandi sui causam DEO subinde præbuisse, &c. Saltem nihil necesse est, hoc loco affirmare, aliud DEUM vel il-

le, vel leviter praecepisse, aliud verò reipsa in animo suo voluisse. Ita certè Abrahamus *disertè filium suum obtulisse dicitur. Heb. 11. & Jac. 2. Id quod etiam à* DEO *jussus erat ita effectum dare. Et Pharao planè jam tum impius ac perversus erat, eoque dignus quem Deus ita aliquo modo perversè tractaret. Ita cum insolito & miro quodam modo exerceret: uti docetur Psal. 18. Denique potiùs in his talibus explicandis ignorantiam nostram fateri debemus, quàm propterea duplicitatem, aut contrarietatem aliquam in sanctissima* DEI *voluntate, respectu unius & ejusdem objecti, admittere: idque propter causas gravissimas hucusque satis explicatas. Vide Zanch. ... sect. 1. & 2. item quaest. 10. &c.*

An omnem DEI voluntatem actu semper impleri.

Ad thes. 31. & 32. Alterum *perissoma hic exponitur, de impletione divinae voluntatis: an, videlicet, & quatenus affirmari possit, omnem* DEI *voluntatem semper actu impleri, seu reipsa fieri. Nam pro simplici* affirmativa *facere videntur ea Scripturae*

Objectio.

loca, quibus asseritur, DEUM nostrum in coelo esse, & face-
1. re omnia quaecunque vult. *Psal. 115. & 135. item,* consilium DEI stare, & omnem ejus voluntatē fieri. *nec* posse quic-
2. quam voluntati ejus resistere. *Esa. 14. & 46. Rom. 9. Imò videtur ipsa* DEI omnipotentia, & libertas *arbitrii, denique suprema ipsius* majestas, *ac* beatitudo *perpetua, non parùm periclitari, si non omnem* DEI *voluntatem reipsa impleri dicamus: quum necesse omnino sit, ea tandem fieri, quae* Omnipotens *ipse*
3. *efficere & vult, & potest: quandoque non planè* liber *in agendo videatur, cujus voluntas impedimentis aliquo retardari, & quodammodo inanis atque irrita reddi potest: quum denique supremum in o-*
4. *mnia* imperium, *sive absolutum atque universale* dominium
5. *perfectè habere, aut planè perfectèque* beatus *esse non videatur, qui voluntatem suam (verè & propriè sic dictam) non reipsa tandem ad exitum perducat.*

Rationes pro thesi.

Atqui contrà pro negativa *thesi non minoris momenti rationes*

afferri

afferri possunt. Quia ut paulò superius ostensum fuit, & praecepta, & interdicta, & promissiones, & comminationes divinas, veram esse constantemque DEI voluntatem: & quidem respectu omnium & singulorum hominum, quibus illa omnia, nomine & auctoritate DEI, seriò proponuntur: quumque res ipsa clamet, non ab omnibus, qui DEI praecepta audiunt, eadem mox observari, nec interdicta ab iisdem omitti, nec promissiones ab omnibus hisce obtineri, nec denique comminationes evitari, &c. puto S. testimonia, in thesibus citata, perspicuè confirmare: videtur simpliciter affirmari non posse, omnem DEI vol[...]atem, quocunque modo acceptam, reipsa tandem, & necessariò quid[...] impleri. Et certè, si quamlibet DEI voluntatem tandem reipsa impleri praecisè necessarium esset, jam & frustra precaremur, ut DEI voluntas in terra perinde fieret, atque in caelo (Matth. 6.) & sine causa tam sollicitè, tot Scripturae locis, ad faciendam DEI voluntatem instigaremur. (Matth. 7. Rom. 12. &c.) Quare distinguendum hîc videtur tum inter voluntatem DEI generalem, seu totalem, quae omnes divini decreti partes in se complectitur; & specialem seu particularem, quae hanc, vel illam singularem decreti partem declarat: tum inter voluntatem absolutam, seu praecisam; & inabsolutam, seu conditionatam, quatenus utraque particularis est. Etenim generalis illa DEI voluntas sic comparata est, ut partes inter se diversas, imò saepe contrarias (respectu contrariorum objectorum) ambitu suo comprehendat: quarum unâ forte deficiente, necesse est aliam omnino impleri. Ita ut ipsa, totaliter accepta, principalem scopum suum, sive hac, sive illâ viâ, omnino tandem attingat. Sic quaelibet absoluta Dei voluntas eatenus tandem completur, quatenus extremum finem, quem sibi absolutè proposuit, necessariò semper assequitur: quem nec Deus ipse decreta sua, simpliciter ac penitus (in hoc, vel illo speciali rerum genere) determinata, mutare aut solet, aut etiam potest: utpote per naturam constans, atque immutabilis: nec ulla creatura tam potens, aut tam callida

reperiri queat, quæ vel apertâ vi, vel occultâ fraude, divini decreti felicem exitum impedire, aut remorari possit. Sed alia ratio est ejus voluntatis, quæ conditionem planè contingentem, & suâ naturâ prorsus indefinitam, & à causis secundis indifferenter agentibus, aliquo modo pendentem, manifestè includit. Hæc enim, speciatim & per se accepta, sive ad hos, vel illos homines, in hoc vel illo rerum genere, seorsim accommodata, non semper optatum ac DEO gratum habet eventum. Et tamen ipsa quoque tam constans & certa est, ut major aut constantior esse non possit: quia, videlicet, ipsius objecta sic comparata sunt, ut absolutæ voluntatis in DEO capacia esse non possint. Nam ita demum hæc talia DEUS evenire vult, siquidem libera quoque secundarum causarum voluntas accesserit. Quare nec omnipotentiæ, nec libertati, nec bonitati divinæ quidquam ex eo decedit, quòd aliter ista sæpè fiunt, quàm DEUS ipse fieri vellet: quia, ut aliter evenire possent, id ipsum DEI voluntas ista complectitur. Sed tamen, quidquid hic demum eveniat, ipse DEUS pro infinita sua potentia & sapientia, tandem id omne ad immortalem nominis sui gloriam convertere & potest, & solet. Atque hoc sanè sensu, omnem DEI voluntatem, tandem finaliter impleri, non malè fortasse dicemus.

9. Voluntas DEI non semper ex eventu colligenda.

Ad thesin 19. Hinc jam tertium porisma facilè decidi poterit. Nam qui fatentur, veram & seriam esse DEI voluntatem in iis omnibus, quæ ipse vel præcipit, vel prohibet, vel promittit, vel comminatur, & certè iidem necesse habent fateri, non semper ex eventu de qualibet DEI voluntate judicandum esse: quum satis inter omnes constet, & experientia quotidiana clamet, multa sæpè in hoc mundo fieri quæ DEUS fieri nō vult; contráque, multa non fieri, quæ DEUS fieri vult. Item minas & promissa divina, respectu illorum, quibus in specie fuerant proposita, sæpenumero retractari, nec semper ad exitum suum perduci. Aut enim, DEum hæc talia verè & seriò velle, negandum est (quod nullâ ratione Chri-

stiana

ßima pietas admittit) aut negativa thesis in hoc paryßmate simpliciter recipienda est. Simpliciter dico: respectu ad illã in specie voluntatem, quæ in controversiam vocari solet. Nam alioqui constat, evenire semper aliquam D E I *voluntatem resistentes excludi, puta permissionem, & gubernationem, &c. Neq; verò quidquam absurdi thesis illa continet: si modò ex iis quæ ad præcedens corollarium dicta fuerunt, queq; mox ad sequentia pluribus dicentur, dextrè fuerit explicata. Itaq; hîc nihil amplius addendum videtur.*

Ad thesin 4.5. Hic quartum *paryßma expenditur: An, & quatenus* D E I *voluntas immutabilis sit. Ubi ante omnia notãdum, hic tantùm de voluntate* D E I ad extra *quæstionem moveri: quæ*, quia libera est, *& versibilis ad opposita, idcirco etiam mutabilis esse videtur. Sed de hac ipsa tamen sciendum est, quamvis ratione* initii, *sive ante factam determinationem, ad opposita prorsus indifferens sit, ratione tamẽ* progressus, *&* finis, *sive post factam definitionem, aliter sese habere non posse. Itaq; immutabilis est omnis* D E I *voluntas, saltem ex hypothesi decreti jã facti: licet alioqui simpliciter & per se libera sit, puta in omnibus, q̃ sunt extra* DEUM. *Quòd autẽ voluntas hæc sæpe mutari videtur, id nullam* D E I *mutabilitatem, vel inconstantiam arguit: sed effecta, vel objecta ipsa divinæ voluntatis, aliter atq; aliter sese habere declarat. Itaq; hîc etiam distinguendum est, non modò inter* absolutam, *&* conditionalem: *sed etiam inter* activam, *&* passivam D E I *voluntatẽ, &c. Quæ enim Deus* absolutè *vult vel ipse facere, vel in rebus creatis fieri, ea prorsus immutabilia sunt: quia nec ipse* D E U S *sponte illa mutat, nec ulla res creata est, quæ impedire possit. Et huc pertinent illa loca. Esa. 46, 10.* Consilium meum stabit, *&c. Rom. 9, 19.* Voluntati ejus quis resistet? *Mal. 3, 6.* Ego Jehova, & non mutor *1. Sam. 15, 29.* Non flectitur pœnitudine, *&c. Num. 23, 19.* Non est instar hominis, ut eum pœniteat. *Rom. 11, 29.* Dona D E I sunt *ἀμεταμέλητα, &c.*

4. Omnis Dei voluntas constans est, atq; immutabilis.

videlicet

videlicet illa quæ semel absolutè Patribus Iudæorum promiserat &c. Atq; hoc ratio naturalis etiam suadet. Non enim mutat ipse Deus sua decreta, semel absolutè facta, puta neq; in melius, neq; in deterius: quia utrumq; inconstantiā & ignorantiam posterius etiā & insipientiā argueret. Neq; creaturæ possunt executionē illorū impedire, quippe quò omnib. ipse major est. Iob 10. Rō. 8. & passim alibi.

Quæ verò sub conditione *vult facere, vel quæ fieri tantùm desiderat, vel quæ etiam fortassis indefinita prorsus relinquit, ea quodammodo mutabilis est* DEI *voluntas. Id autem sic distinctè intelligendum est. 1. Quæ Deus ita demum vult facere, si nos aliquid fecerimus, ea constanter sanè vult & seriò, sed non tamen absolutè vult. Si igitur non fecerimus nos, quod conditio habet, nō jam vult Deus id facere, quod aliqui facere volebat, Ier. 18. Esa. 1. &c. Nec tamen hic totum suum decretum mutat, videlicet decretum illud conditionaliter factum: licet partem illam annexi mutet, quæ per se non erat aliquod* DEI *decretum simplex: sicut nec integrum illud connexum erat copulatum, quasi utramq; ejus partē fieri oportuerit, &c. 2. Quæ Deus à nobis fieri, vel nō fieri vult, in absoluta voluntate, ea constanter etiam & seriò vult. Sed hæc tamen aliter sæpe eveniunt, quàm ipse per se vult: & tunc etiam cùm aliter eveniunt, volens ea permittit. Non tamen sic voluntas ipsius mutatur: quia aliter hæc permittere vult, videlicet absolutè: aliter fieri, vel non fieri, videlicet inabsolutè: aliter rursus præcipere, videlicet absolutè &c. 3. Quæ verò indefinita relinquit, de iis nulla est* DEI *certa voluntas. Ergo cùm hæc à nobis fiunt, non potest dici voluntas ipsius mutata, quippe quæ specialis hîc nulla fuit: nulla, inquam, ut fierent, vel non fierent præcisè. Aliqui fuit aliqua, videlicet permittendi, regendi, &c. Porrò quod de rebus indefinitis hîc dicitur, id ex eorum hypothesi asseritur, qui præfinitiones divinas, præsertim absolutas, ad certa tantùm rerū genera restringendas esse putant: sicut ex sequentib. ampliùs adhuc intelligetur.*

Ad thesin 16. 17. Quintum hoc potissima duplicem, si non cavilationi, apertam in se continet: quia & originem, & progressum, & finem divinae voluntatis inquirit. Ubi non satis accurate loqui videntur, qui simpliciter & sine limitatione docent, Deum, quidquid unquam voluit, aut vult, aut volet, id ab omni aeternitate uno constantiq; actu in perpetuum voluisse, & velle, &c. Neq; enim dubium est, Deum olim quaedam distincte voluisse, quae nunc non ita vult; ut ne velle quidem potest, quae quondam modo tunc voluit: & contra, quaedam iam velle, quae tunc noluit, &c. Illud etiam constat, eorum, quae Deus extra se vult indifferenter ac libere, aliam omnino rationem esse, quam eorum quae de seipso vult naturaliter ac necessario: nec proinde eandem utrorumq; aeternitatem statui posse: quum necessaria semper priora sint libera posteriora, &c. Sic igitur de hac quaestione distincte habendum est. 1. Ipsa volendi facultas tam ad extra, quam ad intra, in DEO simpliciter aeterna est. 2. Item actus eius intransitivus ac necessarius, seu mere naturalis simpliciter aeternus est. 3. denique sic aeternum est obiectum eius primarium, quod est ipse DEUS, &c. 4. Generale autem decretum, de tota praecipuarum rerum creatarum serie, hactenus aeternum dici potest, quatenus ante fundamentum mundi, quum plurimum (ut vocant) nondum esset, reipsa iam factum est, &c. Alioqui non simpliciter aeternum est: quia habet causam sui efficientem, eamq; voluntariam. Recta autem ratio dictat, Nihil, quod causa voluntaria seu contingente pendet simpliciter aeternum esse posse.

Erratur igitur hic dupliciter. 1. Quod generale hoc decretum plane tam aeternum, quam ipsum Deum, esse statuitur: quum necessario Deus, ut causa eius praeeffectiva, prior sit suo decreto, ut efficiens ipsius contingentis. 2. Quod ex eo, quod generale DEI decretum, idemq; fere conditionale (praesertim respectu nostrae salutis) ante secula factum est, statim colligitur, omnia quoque in specie, quaecunque in mundo accidant, similiter ab aeterno facta a DEO

Eff

definita, &c. Sed utrumq; facilè refellitur. 1. à perpetua DEI liber-
tate, quam sibi servavit, in istis posterioribus effectis variè moderan-
di, & quam ipse quotidie exercet in usu suæ providentiæ, &c. Et
sanè, si omnia & singula rerum eventa præcisè & ab æterno defi-
nita fuissent, nihil opus esset continua rerum inspectione, & procu-
ratione, quæ tamen DEO passim tribuitur. Vide Psal. 33. & 14. &
104. & 107. &c. 2. Ex historiis satis constat, Deum in tempore mul-
ta facere, quæ antea prædixerat nunquam se facturū: & contrà multa
nunc omittere, quæ antea facturū se prædixerat. Num. 14. Jerem.
18. &c. Fieri igitur non potest, ut utraq; eodem modo nominatim
& præcisè ab æterno fuerint definita. Essent enim verè contradi-
ctoria. Nec dici potest, ea tantùm, quæ reipsa fiunt, jā olim ab æter-
no definita fuisse. Esset enim hoc Deum aperti mendacii arguere:
quippe qui definita sibi fuisse seriò testatur etiam ea, quæ reipsa non
fiunt. 3. Nulla esset in universo mundo contingentia, nulla quoq;
arbitrii libertas, &c. Nam si omnia omnino ab æterno, ad hāc, vel
illam partē, nominatim definita essent; etiamsi respectu secundarū
causarum multa fortè contingenter fierent, tamen reverà, quoad
primam causam, omnia fierent necessariò. Nam & hoc ipsum, ut i-
sta, quoad causas secundas, contingenter fierent, jam præcisè esset à
DEO definitum: & proinde hæc aliter se habere non possent. Id
verò dicitur necessarium, quod aliter se habere nō potest, &c. Un-
de porrò 4. sequeretur, Deum esse auctorem omnium scelerū, &c.
Si enim omnia & singula, quæcunq; in mundo fiunt, tā mala, quā
bona, jam olim ab omni æternitate non modò infallibiliter præsci-
ta, sed etiam efficaciter atq; absolutè à DEO præfinita sunt; ita vi-
delicet, ut propriè & peculiari ejus decreto, cujus Auctor unus
& solus Deus sit, omnia & singula illa necessariò tandem fiāt, nec
aliter, quàm reipsa fiunt, ullo modo fieri possint: omnino consequi-
tur, eum, qui decreti illius Auctor unicus est, nempe Deum, eorum
quoq; scelerum Auctorem esse, quorum causam efficientē primari-
am simul

tum simul & necessarium, hoc ipsum decretum esse evidenter apparet. Nempe, quia ipsa causandi series, sive naturalis causarum subordinatio clarè docet, id quod causa causa est, non posse non simul esse causam causati, &c. Quid verò hoc aliud, quàm immensum absurditatum & blasphemiarum cumulum, adeoq; totius Religionis eversionem, tandem exspectare possit? Itaq; de specialibus DEI decretis, seu distinctis volendi actibus, ad externa objecta & effecta, praesertim secundaria, in specie determinatis, eorumq; aeternitate, seu perpetuitate, non aliter, quàm suprà dictum fuit, sentiendum esse videtur.

Recensio praecipuarum objectionum.

INTEREA *tamen leves, quod ingenue fateor, rationes in contrarium afferri possunt, ac solent: quas hic breviter annotabimus, & simul ad trutinam veritatis, absq; praejudicio tamen, expendemus. Harum 1. sumitur ex iis Scripturae locis, ubi de generali rerū creatarum, & praesertim salutis humanae decreto, jam olim ante mundi fundationem, sive ante tempora secularia, divinitus facto, velut ex professo disseritur: ut 2. Tim. 1. Eph. 1. item 1. Pet. 1. & 1. Cor. 2. &c. Hinc enim consequi videtur, illud decretum simpliciter aeternum esse, & consequenter etiam caetera omnia, licet specialissimè considerata; quippe quae media quaedam sint, ad illum primarium finem destinata, &c. (2 petitur ab infinita DEI sapientia: quae requirere videtur, ut Deus omnia & singula, quaecunq; unquam in tempore futura essent, ab omni aeternitate exactè & distinctè praenoverit; non qualicunq; actu simplicis intelligentiae, sed absoluta, ut vocant, visionis scientiâ, &c. Hoc autem absolutum DEI decretum, tanquam fundamentum, cui innititur, omnino praerequirit. Ergo, &c. (3 desumitur ab aeternitate ipsius DEI: quae hic postulare videtur, ut quilibet DEI actus, licet transeuntes, & ad extra tendentes, simpliciter aeterni sint: videlicet, alioquin actus ipse suo agenti difformis, atq; incongruus existat, &c. (4 sumitur ê*

simplicitate DEI tamen propriam effectam esse videtur, numquam à potentia transire ad actum; sed unitum atque indivisum actum ac proinde simpliciter æternum, continuò exercere, &c. Quinta *militat absurda consequentia: quia secus ratiocinatio quædam dianoëtica seu discursus in DEO statuendus esset, per quem, scilicet, unum objectum post aliud, & unum propter aliud, successive & gradatim cognosceret: prout nimirum ista diffinisse vellet, ac decerneret, &c. Id quod imperfectionem ac defectum in DEO arguere videtur.* Sexta & Septima *petuntur à similibus quibusdam, speciatim Solis & speculi: quorum ille simul unico actu omnia & singula corpora sibi objecta illustrat, & quasi calorem inspirat, &c. istud verò omnes imagines seu species objectarum rerum simul indiviso quodam actu repræsentat, &c. Ergo similiter Deus omnia & singula, quæcunque unquam voluit, aut vult, aut volet, uno æterno & continuo actu vult, &c.* Octava & postrema *iterum ducitur ab absurdo: quia secus inciperet DEO jam aliquid esse bonum, quippe recenter volitum, quod antea ipsi tale non fuisset, quippe tunc non volitum, &c. Et sic porro inciperet Deus aliquid velle sive in tempore, quod antea noluisset, &c. Quæ omnia prorsus absurda, & DEO indigna censeri debent, &c. Et hæ quidem præcipuæ rationes sunt, quibus superior antithesis stabiliri posse videtur.*

Responsio ad has objectiones.

Sed revera, si penitius inspiciantur, aut non probant id, quod in hac quæstione præcipuum est, aut tacitè principium petunt, id videl. quæ dubia sunt, per æquè dubia probantes, &c. Nam ad 5. de generali salutis humanæ decreto, jam olim ante secula mundi facto, &c. antea satis responsum videtur: ubi non obscurè tradidimus, aliquid ante mundi creationem existere potuisse, quod non continuò simpliciter æternum sit, prout scilicet, ipse Deus est: item posse generale illud, de primariis creaturis, earumque effectis & eventis, decretum DEI consistere, etiamsi specialia de omnibus & singulis

gulis

gulo rerum creatarum effectu, &c. praesertim omnino absoluta & praecisa, eiusdem decreta nondum existant, &c. Ad 12. Sapientia DEI per se minime requirit, ut Deus omnia & singula, quaecunque nunc in mundo fiunt, ab aeterno scientia visionis absoluta praenouerit: quum ad illam asserendam satis sit, omnia & singula diuinitus sic p̄sciri, uti p̄scibilia sunt, h. e. uti ipsa in causis suis, siue necessariis, siue contingentibus, aliquatenus existunt. Vide disputat. p̄cedente de mō de scientia & sapientia diuina, &c. Ad 13. Similiter Aeternitas DEI per se nequaquam efficit, ut quilibet DEI actus, licet extra Deum tendens, & a libera eius proaeresi dependēs, absolute & simpliciter aeternus sit, prout ipse Deus est. Quum patitur ordo naturalis inter causam mere voluntariam, & effectus eiusdem contingentes, illam, ut existentia, ita & durationis respectu priorem, hos autem posteriores esse, perspicue demonstrat, &c. Ad 14. Idem ferè de Simplicitate DEI respondeŕi potest; ut quae minime vetet, Deum in actibus extrinsecis, siue ad extra tendentibus, a potentia transire ad actum. Immò verò in his talib. omnino requiritur, ut potentia suum actum, seu facultas exercitium ipsum antecedat: nempe, quia illa naturalis, ac prorsus necessaria est: hic autem per se liberrimus, ac merè contingens est. At naturalia semper priora sunt; libera verò posteriora: maximè cùm de DEO, eiusque liberrimis actibus ad extra, disseritur, &c. Ad 15. Etsi non talis in DEO statuenda est dianoia, qualis in hominibus est, cum discursibus scilicet humanis coniuncta: nihil tamē vetat, etiā in DEO, generaliter loquendo, aliquem talem esse discursum, quo unum post aliud, & rursus unum propter aliud, aut esse aut fieri velit. Immò sana ratio exigit, ut, quia vera proaeresis in DEO locum habet, respectu rerum omnium, quae sunt, aut fiunt extra ipsum; etiam dianoia quaedam, sed diuina, & ab omni defectu liberrima, locum in ipso inueniat: licet nos specialem eius rationem ac modum percipere nō possimus, &c. Ad 16. & 17. Haec similia Solis,

& specialis, &c. prorsus hîc dissimilia sunt; quippe cùm sint agentia naturalia, quæ necessariò juxta extremum suæ potentiæ agũt, ubicunq; & quandocunq; subjecta sibi accommoda invenire solent, &c. Deus autẽ ad extra nihil agit naturaliter, h. e. ex simplici naturæ necessitate: sed omnia ex antegressa proæresi, juxta consilium ac beneplacitum voluntatis suæ, liberrimè facit: ita ut actus ejus suspendere, atq; immutare possit, prout ipsi placuerit, &c. Ad 5. Nihil absurdi ex eo sequitur, quòd DEUS in tempore quædam speciatim ac definitè velle, vel nolle dicitur, quæ fortassis anteà nõ ita præcise vel voluit, vel noluit: quemadmodum nec absurdum est, Deũ mox quædam in specie velle definire, quæ antea reipsa voluit, &c. Neq; verò libertas hujusmodi ut dictum fuit exercita, ullam in DEO inconstantiam, aut mutationem, aut imperfectionem veram arguit: sed potius admirandam ejusdem sapientiam & potentiam, imma & bonitatem erga nos, amplissimè demonstrat: ut qui propterea subinde aliquid novi velit, atq; inde ab æterno infinita quædam existere posse voluerit, de quibus ipse neutram in partem absolutè quidquam statuere placuerit; ut hac ipsa viâ & ratione, tum supremam suam de rebus extra se positis statuendi potestatem semp ostendere, tum contingentiæ & libertati nostræ locum relinquere, & sic porro justitiam & æquitatem suam, in præmiis & pœnis distribuendis, erga nos plenius exercere possit, &c. Porrò de quibus in specie nihil prius definire DEO placuit, ea certâ absolutâ visionis scientiâ, quatenus & quamdiu talia sunt, divinitus prævideri nõ possunt, quippe cujus ipsa per naturam capacia nõ sunt: sed ad simplicem DEI notitiam, cui merè possibilia, sive δυνάμει tantùm ὄντα subjiciuntur, omnino referri debent: siquidem pro diverso scibilium genere, diversus etiam sciendi modus, & proinde diversæ sciendi species, accuratè constituenda est, &c. Id quod similiter de rebus volitis, seu volibilibus, earumq; diversis generibus, & consequenter de variis volendi modis, sive actibus, atq; variis voluntatis speciebus, omnino hac in parte existimandum est.

Atque hæc de ista quæstione sufficiant: quorum hic præcipuus scopus est, ut liberrima DEI voluntas, unà cum naturali eiusdem perpetuáque bonitate, & rectitudine (de qua suo loco pleniùs, DEO favente) tantò rectiùs intelligatur: atque circumspectè & cautè de rebus ipsis sublimibus, & alioquin valde abstrusis, sentire simul & loqui discamus: denique ut in summa meminerimus, quoties sermo de specialibus divinæ voluntatis obiectis incidit; quorum alia aliis sæpe contraria sunt, toties ad speciales etiam volendi modos, seu actus, prudenter nobis respiciendum esse. Cùmque de omnibus & singulis rebus, rerúmque eventis, quæcunque in mundo sunt, aut fiunt, examen universale, quoad æternum seu perpetuum volendi actum, &c. instituitur, nihil temerè pro hac vel illa parte statuendum esse; sed hoc tantùm in genere asserendum, quod solum absque errandi periculo dici ab homine potest, decrevisse DEUM iam olim ante secula, se bona quidem omnia præbiturum, & suo etiam modo effecturum; mala verò permissurum, & directurum, &c. prout thesi 17. satis explicatum esse videtur.

Ad thesin 38. 39. 40. 41. *Hoc sextum perisma valde copiosè à Zanchio tractatur quæst. 10.* Unde plura petat, qui volet. *Nã summa rei, quantum satis est, in ipsis thesibus explicata esse videtur. Porrò tota illius Disputatio sic instituta est, ut ab iis, quæ Deus non vult, omnium primò incipiat: & deinde gradatim ad alia pergat. Hæc verò ad hæc capita revocari potest. 1. Quòd* DEUS *quædam simpliciter noluerit, aut nolit, eius voluntatis (seu potiùs nolunt atis) nullam esse causam, præter ipsius beneplacitum liberum. 2. Sic quòd aliquibus creaturis ea bona, vel spiritualia, vel corporalia vult, quæ aliis non vult, eius voluntatis causam eodem Dei beneplacito quærendam esse. 3. Quòd seipsum, & gloriam suam vult, id ex naturæ necessitate, non autem secundum liberum seu cõtingens beneplacitum vult. 4. In iis omnibus, quæ* DEUS *extra se vult, ordõ quidam & ratio progressionis inest. Nã primò seipsum, deinde* 6. An & quæ certa Dei voluntas causam aliquam habeat.

deinde alia propter se vult. 2. alia vult esse propter alia, videlicet causas instrumentales propter effecta, ut terram propter sementem, & hanc propter homines, &c. 3. vult alia esse ex aliis, videlicet effecta vult ex causis existere, &c. Haec autem omnia deinde in quatuor genera distribuunt; videlicet, in generale decretum, effecta primaria, effecta secundaria & ordinationem horum omnium (etiam peccatorum) ad suos fines, praesertim ad summum finem, videlicet ipsius DEI gloriam, &c. Unde & aliae theses deducuntur, & pie satis explicantur: sed quarum vis ac sententia in nostris his thesibus satis expressa videtur: itaque ad alia pergamus.

7. Voluntas Dei semper est justa. A natura sua justitiae regula.

Ad thesin 42. et 44. 45. Hoc etiam postremum Corollarium satis in thesibus expositum esse videtur, quod aliqui non satis aperte ab iis explicari putamus, qui simpliciter, ipsam DEI voluntatem omnium primam & supremam universae justitiae regulam esse contendunt: nec idcirco Deum aliquid velle, quia justum sit, sed idcirco justum aliquid esse, quia Deus id velit, absque limitatione affirmant. Sic enim ordinem naturalem aliquatenus invertunt, & primam veramque divinae justitiae originem obscurant, nec interiorem causam principalem attingunt, ob quam DEI voluntas pro justitiae regula nobis habenda sit, &c. Sic igitur omnino statuendum est. 1. Omnem DEI voluntatem tam naturalem, tam praeceptivam, &c. & semper & necessario justam esse. 2. Idque propterea, quia Deus ipse per suam naturam, quam abnegare aut immutare nunquam ipse potest, perfecte justus ac bonus sit: prout in ipsa Disput. 2. & 6. copiosius intelligitur. 3. Itaque primam ac praecipuam, immo unicam regulam justae voluntatis in DEO, esse justissimam DEI naturam, ad quam voluntas illa necessario ac perpetuo sese conformare solet. 4. Et proinde nobis ipsam DEI voluntatem pro regula justitiae secure in omnibus rebus habendam esse: tum, quia scimus, eam a justissima DEI natura nunquam aberrare posse: tum, quia aequum esse constat, ut qui supremus & absolutus est omnium Dominus,

[illegible], ut de rebus suis ex sola arbitrii libertate disponat: prout in sequente 7. Disputat. plenius exponetur. Nam igitur curanti quærendum est, utrum aliquid justum, vel injustum sit, ubi de voluntate DEI, hoc vel illud ordinante, seu præcipiente, &c. jam ante manifeste constat: sed hoc potius agendum, ut ipsam DEI voluntatem ex sacro DEI verbo recte percipiamus: in qua deinde secure animus acquiescendum est. Si quid vero manifeste impium vel injustum occurrat, quod prætextu divinæ voluntatis nobis ingeratur: id, quia primam & supremam omnis justitiæ normam, h.e. ipsam DEI naturam, directe oppugnat, pro DEI voluntate nullo modo habendum est. Nam DEI voluntas non aliter regula justitiæ censeri debet, quam boni Grammatici, aut docti Rhetoris oratio, pro regula bene loquendi, aut bene dicendi, haberi solet: nisi quod illa nec fallere unquam, nec falli potest; hæ autē sæpe possunt.

Ad thesin 28. & sequentes usque ad finem. *Hæc omnia, de usu deq; abusu totius doctrinæ, ita in thesibus explanata sunt, ut nihil hic addendū esse videatur. Tantummodo* duo *denuo nūc attingemus. 1. Quod* facere *DEI* voluntatem *nemo recte dicatur, nisi qui rem ipsam, à DEO imperatam, & quidem eodem modo simul, & fine, quem Deus expressit, animo* [illegible]*, si non opere externo fideliter præstiterit.* Unde *patet impios quidē voluntatem DEI non facere, etiamsi opus externum à DEO imperatum, sive ipsam operis substantiam, forte præstent: pios autem vere illam facere, etiamsi non opus externum facere forte prohibeantur, &c. 2. Quod abusus omnes hujus doctrinæ ex antè dictis facile cognosci, & caveri possint: præsertim ex iis, quæ de* [illegible]*, deq; variis speciebus divinæ voluntatis, exposita fuerunt. Error autem* Monothelitarum, *ibidem indicatus, per se brevius absurdus est, adeoq; crassus, ut ipsum indicasse, prope idem sit quod refutasse. Vide tamen Appendicem Disputat. 7. contra dogma* Ubiquitatis: *ubi, quantum est, invenies. Et tantum de hoc Attributo.*

De usu & abusu doctrinæ.

Ad Disputationem VII.

De supremo Dominio & Potestate DEI.

Propositio & definitio [illegible]

AD thesin 1. 2. & 3. *Hæ theses suâ claritate lucent, & sese ipsas explicare videntur: ut nullis hic annotationibus opus esse videatur. Nam prima transitionem tantùm habet, & simul ordinis rationem exponit, cur, videlicet, hoc Attributum immediatè post Attributum Voluntatis, & proximè ante sequentia illa, Bonitatis, Justitiæ, &c. idiomata, collocatum sit. Ratio duplex affertur, quarum neutra impugnari facilè poterit absq; sophistica, sicut ex ipsa thesi patet. In* secunda *bimembris est propositio, de* duobus *præcipuis hujus loci capitibus, videlicet, de* Dominio, *deq;* Potestate *DEI: quorum illud hujus quasi causa; hoc illius quasi effectum censeri potest.* Ubi *obiter notandum, hanc potestatem per se nihil aliud, quàm ἐξουσίαν propriè dictam, h. e. jus, atq; auctoritatem aliquid faciendi, vel omittendi, &c. declarare: qualis, videlicet, in rebus suis ac propriis ei convenit, qui Latinis* Dominus, *à domo (cujus, scilicet, caput est) Græcis κύριος, à κῦρος (quod auctoritatem sonat) & Hebræis* Adon, *item* Bahal, *h. e. basis seu fundamentum familiæ, item possessor, &c. jure appellatur. Itaq; à δυνάμει, h. e. potentia illa, de qua suo loco egimus, accuratè distingui debet.* In tertia *Dominium DEI describitur, ex suo genere, & qualicunq; differentia: quæ partim illius objecta, partim modum generalem illud tractandi, partim denique finem, atq; effectum ejusdem obiter exponit: sicut in thesi notatur.*

Origo & ratio divini Dominii.

Ad thesin 4. *In hac Thesi fundamentum, seu ratio fundamentalis (vel, si mavis, origo, & causa) divini Dominii explicatur: quæ, nimirum, est ipsa absolutissima divinæ naturæ præstantia, inter omnia entium genera: vel, quod idem est, æterna & necessaria DEI excellentia supra res omnes, quæcunq; modo extra Deum positas, h. e. vel actu, vel potestate existentes: per quam fit,*

ut solus

tat solus ipse, tum in essendo, tum in operando; simpliciter independens sit, h. e. à seipso tantum, & à nullo alio, tanquam superiore, vel pari, dependeat, &c. Cætera verò entia, quæcunque, tandem sunt, aut esse possunt, ad ipsum omnino & necessariò respiciant; ab ejusque solius arbitrio & nutu perpetuò pendeant, &c. Vide Act. 17. 24. & d. DEUS qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt quũ sit cœli terræque Dominus, non habitat in templis manu factis nec manibus humanis ei servitur, tanquam qui indigeat aliquo, quum ipse det omnibus vitam, & halitum, & omnia, &c. *Sic Rom. 11. 36.* Ex eo, & per eũ, & in ipso sunt omnia, *&c. Et Jac. 1. v. 17.* Omnis bona donatio, & omne perfectum donum, supernè descendit à Patre luminum, *&c. Sic passim in* Psalmis, *&* Prophetis, *universale & supremum DEI dominium ita describitur, ut simul ejusdem ratio, seu causa originalis, ad ipsam divinæ naturæ præcellentiam, & necessariam aliarum rerum ab illa dependentiam, non obscurè referatur. Vide Psal. 8. & 19. & 91. & 97. & 104. & 136. & 145. &c. item Esa. 40. & 41. & 45. & sequentibus, & alibi passim. Hinc rectè* Franciscus Suarez *in suis opusculis Theologicis inquit, p. 715.* Ita supremus & universalis omnium Dominus est Deus, ut nullum sit bonum, vel jus in creaturis, quod non necessariò sub illius dominio sit. Et hoc oritur ex intrinseca dependentia cujuscunque boni creati à potestate & voluntate DEI, *&c. In summa quia Deus per naturam est ens primum, independens, nullius indigens, adeoque auctor & causa omnium aliorum Entium, quæ vel sunt, vel esse possent, idcirco primus & supremus omnium Dominus est, &c.*

Verùm hîc objectio quædam moveri potest, de rebus suâ naturâ malis, præsertim de peccatis, &c. Dicat enim aliquis: Si ratio divini dominii talis est, ut dependentiam quandam aliarum rerum ab ipso DEO *arguat: Ergo peccata non sunt sub* DEI *dominio:* Solut. objectionis,

quia non sunt ab eo, tanquam auctore & causa efficiente, &c.

Respond. 1. Quidquid est positivæ entitatis in peccatis, id à Deo est, tanquam ab universali principio omnium actionum & naturarum &c. 2. Deinde, etsi per se privatio, h.e. ipsa mera malitia, non est à DEO; habet tamen Deus potestatem dirigendi illam, seu permittendi ad suam gloriam: quia Dominus est rerum omnium, quæ à nobis proficisci possunt; quatenus nobis facultatem dedit etiã mali operandi, licet aliòqui liberam, h.e. contingentem & indifferentem. Facultas enim ista male agendi non est mala, sed bona, præsertim cùm de creaturis agitur, in quas ejusmodi facultas cadere potest, ut solet, &c. De malis *autem* pœnæ, *ut volunt, aliisque privationibus, seu corruptionibus, physicè sic dictis, Scriptura disertè pronunciat, eas ab ipso DEO, tanquam summo auctore, mediatè saltem provenire. Vide Esa. 45.* Ego Dominus, formans lucẽ & tenebras, creans pacem & malum, *&c. Item Amos 3.* Nũ est malum in civitate, quod non operetur Dominus, *&c. Itaque nihil est in tota rerum universitate, quod non aliquatenus à DEO pendeat, & proinde ipsius imperio subjectum non sit.*

Conditiones bonæ Domini. Ad thesin 1. *Conditiones dictæ Dominii haud dubiè plures sunt his* tribus *: sed quæ tamen ad ipsam Dominii naturam, seu rationem formalem, plenius explicandam non multum facere videntur: quæque partim antehac alibi expositæ fuerunt, partim deinceps in sequentibus disputationibus, suo loco commodius attingentur. Etenim, v. gr. Dominium DEI necessariò* sempiternum, *non autem temporale est: item, cum infinita* sapientia, necnõ potentia, & robore, *conjunctum est: semperque* bonitatem, justitiam, & rectitudinem *sibi sociatam habet, &c. Nec dubium est, quin alia plures id genus conditiones hîc afferri possint. Verùm, ut dixi, ad propositum nostrum satis est, si tantum illæ, quæ in Thesi nominatæ sunt, rectè hoc loco explicentur: nimirũ* independentia, amplitudo, & perfectio: *ipsæ quâ* origine, objectũ, & modũ

[illegible]

illam perspicuè nobis declarent, sicut ex sequentibus abunde constabit.

Ad thesin 6. 7. 8. 9. Hic prima doctrina dominii vendicat, sive propriam adinventam, quantum ad originem attinet, ita exponi, ut omnes acquirendi dominii modi, propriè sic dicti, penitus ab illo excludantur. De modis autem istis vide praeter Iustin. lib. 2. institut. Juris tit. 1. & 2. ibiq. DD. sive interpretes. Applicatio modorum ad hypothesin nostram per se facilis & expedita est, quoniam cognitio Naturae DEI ex superioribus Disputat. mediocriter percepta sit. Itaq. nihil hic addendum videtur. Tit. 1. Conditionum.

Ad objectiones tamen quod attinet, ea paulò plenius hic exponenda nobis, ac simul diluenda sunt. Videtur enim ita statuendum esse, ipsum etiam DEUM quoddam dominium verè sibi acquirere, verè & interdum amittere, &c. Nam 1. acquirit sibi jus puniendi peccatores, dum lege lata, velut occasione objecta, efficit, ut homines non quidem peccent, sed dum peccant, puniendi sint ipsi obnoxii, &c. 2. Acquirit jus remunerandi nostram pietatem, dum praestat, ut homines in Christum credant, & piè vivant; & sic credendo ac piè vivendo digni fiant praemio caelesti, &c. 3. Deus & per liberam voluntatem suam actiones acquirit jus possidendi res omnes creatas, quas aliquando ipse actu non possideret, nisi videlicet actu eas produxisset: quamvis non inde nullae sint qualitates, neq. activae, neq. passivae, &c. 4. Sic de honore ipsi debito statuendum videtur, quod videlicet toties eum sibi acquirat, quoties hominibus benefacit, &c. 5. Immo quoties homo impius ad Deum convertitur, aut contrà pius à DEO avertitur, toties videtur Deus aliquod novum dominium vel acquirere, vel amittere. 6. Maximè autem videtur Deus amittere suum dominium in eis hominibus, qui prorsus ipsum abnegant, sive abiisse ad Diabolum deficiunt: prout Tit. 1. Hebr. 6. & 13. &c. videre est. Et certè nemo potest simul duobus contrariis Dominis servire, Matth. 6. Luc. 16. Ergo qui Diaboli est, is non est DEI, &c. Haec igitur paucis diluenda sunt. Objectiones.

Responsio ad rat.

Respond. ad 1. & 2. Jus puniendi sontes, item præmio afficiendi pios, habet DEUS à seipso, per naturã, &c. Sed usum hujus juris erga hos, vel illos, reipsa non exserit, nisi ex lege sapientiæ & justitiæ suæ. Jus enim ipsum est quasi conditionale, quippe de certo hominum genere in utramque partem ex tenore justitiæ, & sanctitatem. Itaque ejusmodi genus ante extare oportet, quàm jus illud exerceri reipsa possit, &c. Ad 3. Possidet Deus etiã non entia, & videt, quatenus sunt in ipsius potestate, & simul in voluntate indefinita, &c. Jus ergo Dei unum idemque manet licet reipsa varie mutetur. Ad 4. Honorem sibi exhibendi jus habet à natura, licet aliquis exigere eum non possit, antequam res produxerit, deque iis bene meritus sit, &c. Ad 5. videtur quidem Deus toties novum jus acquirere, vel vetus amittere, quoties homo peccat, vel resipiscit, &c. Sed revera mutatio hæc fit non in jure DEI, sed in ipsa re creata, quæ respectu particularis suæ qualitatis, sive bona, sive mala, in hanc vel illam specialem DEI potestatem incidit, &c. Ad 6. distinguo inter universale DEI dominium, & regnum gratiæ, quod peculiare est. Sic enim Josuæ 24 dicitur populus elegisse Jehovam, ut ei serviret: cui tamen aliquo vel invitus subesse debuit, &c. In summa: quoties de absoluto, universali, & supremo DEI dominio agitur, toties omnes veræ acquisitionis, veræque amissionis modi, prorsus excludendi sunt: quamdiu quidem ipsa rerum esse sua, sive actuale, sive potentiale, permanere statuimus, &c. Dico, veræ acquisitionis, & veræ amissionis, h.e. propriè sic dictæ: ut hæc distinguatur à metaphorica illa, seu figurata, tum acquisitione, tum amissione, cujus supra in thesi 7. prolixam mentionem fecimus: quamque ex sensu Spiritus S. & recta ratione, accipiendam esse, nemo Christianus unquam dubitaverit. Dico etiam de absoluto, universali, & supremo DEI dominio hic tantùm agi, ut differentia inter hoc, & alterum illud speciale, seu gratiæ dominiũ, quod Christi mediatoris proprium est, accuratè observetur: de

qua etiam

quæ etiam in Thesi 8. & 9. satis apertè, nisi fallor, explicatum est. Atq; ita demum omnes objectiones, quib. hæc prima divini Dominii conditio impugnari potest, abundè solutæ esse videntur.

Ad thesin 10. 11. 12. Hic altera divini Dominii proprietas exponitur: nempe amplitudo, vel potiùs universalitas, sive immensitas, ratione objectorum. Quidquid enim extra Deum est, aut esse potest, imperio seu dominio ipsius necessariò subjectum est. Nam quidquid actu est præter Deum, id Deus ipse varie immutare, suisq; & suorum electorum usibus accommodare potest, pro suo unius arbitrio. Quidquid autem re ipsâ nondum est, sed esse tamen potest, de eo vel producendo, vel omittendo, item sic, vel aliter creando, sive informando, &c. pro beneplacito suo statuere potest. Itaq; omnium amplissimum est hoc DEI Dominium, ippe quod nullis terminis circumscriptum est: ipsiq; omnia inferiora, seu particularia aliorum Dominia, non secus atq; Oceanus omnes aquarum influentium particulas, ambitu suo complectitur. Extensione.

Objici tamen potest 1. Deum interdum dici res suas aliis donare, item vendere, &c. ut Act. 17. Jacobi 1. item Judic. 3. & 4. Psal. 44. &c. At per omnem donationem, & venditionem res alienantur; & proinde earum dominia transferuntur, &c. 2. Multa passim in Scripturis de Angelorum, atq; hominum, varia potestate & dominatione dicitur, quam, videlicet, habeant, & exerceant in alias sibi subjectas creaturas &c. Vide de Angelis Ephes. 1. & 3. Coloss. 1. &c. item de humanis Magistratibus Rom. 13. & 1. Petri 2. &c. Denique de Dominis & servis Ephes. 6. &c. At hæc tã multa dominia cum universali solius DEI dominio pugnare videntur. 3. Satanam DEO in omnibus adversari, & tamen ipsum quoq; principem, & Deum hujus seculi vocari; qui regnũ suum longè latéq; exerceat, & nominatim omnes impios suæ potestati subjectos habeat. Vide Matth. 12. Joh. 10. Eph. 2. & 6. &c. At ubi contrarii Domini sunt, ibi necesse est, utriusq; impiũ esse finitũ & circũscriptũ. Objecta.

Sed ad

Responsiones. *Ad alia iam satis responsum est: videlicet, improprium esse affirmationem illam, ut per dominium universale vere auferri non possit.*

Ad 2. & 3 *satis in Thesibus ipsis respondetur: quatenus pro ratio particularium dominiorum, etiam eorum, quae divino imperio specialiter accepto (h. e. regno gratiae, vel gloriae divinae) obscure adversantur, haec comparata esse ostenditur, ut amplissimo illi, seu generali DEI imperio facile subordinari, cumque eo ad aeternam concordiam redigi possint. Et sane, sicut in reb. humanis haec subordinatio saepe locum invenire solet; ita videlicet, ut herilis teque paterna, privatorum hominum potestas; immo etiam inferiorum Magistratuum, Comitum, Principum, &c. dominatio particularis sub amplissimo alicuius potentissimi Monarchae imperio continetur & conservatur: quanto magis eam in hoc supremo & perfecto DEI Opt. Max. dominio inveniri & posse, & debere, affirmandum est? quam etiam S. Scriptura, & tota rerum Naturae ratio tam aperte clamet, nullum esse genus creaturarum (sive alia, sive potestatem habent suam) quod ab ipso universali supremi Monarchae dominio excludi, vel eximi ullo modo possit.*

[illegible] proprietatis. Ad Thesin 17. 18. 19. *Hic tertia dicti dominii conditio declaratur: plena, plenitudo ac perfectio, seu modus omnium perfectissimus ac plenissimus. Quum enim alia dominia sint* imperfecta, *partim* directa, *ut vocant, partim* utilia *(quarum illa* proprietatem *tantum, illa solum* usumfructum *concernunt) alia* vero perfecta *& omnibus numeris absoluta, quae* utramque partem *in se continent; non dubium est, quin* DEI *dominium ad hanc posteriorem classem referri debeat, quippe cum* DEO *nihil imperfectum attribui possit.*

Responsio ad obiect. *Obiectio autem illa, de damnatione* DEI, *per quam homines & Angeli tum usumfructum, tum proprietatem rerum multarum sibi negatam, quae aliquando sub dominio* DEI *continerentur, &c. satis in Thesibus explicata videtur. Hoc tantum nunc addimus, q*

& Franci-

& Franciscus Suarez in opusculis, p. 749. vide notas viii. verum quidem hic esse donationem ex parte nostra, quibus omnia vera dominia per eam nobis conferantur; non tamen esse veram ex parte DEI alienationem, siquidem generale ejus dominium sit retentum, &c. Neq; hoc contradictio est, ut videri possit. Deus enim liberaliter donando, non se privat eo ipso dominio rerum suarum: & tamen vere liberalis est, quoad effectum, simul & actum: quia privatio illa non est de intrinseco liberalitatis conceptu; sed provenit tantum ex limitatione, & imperfectione nostri dominii. &c. Ut merito hic usurpari possit illud vulgo tritum: Omnia dat Dominus, nec tamen ipse minus Et habet tantum.

Ad Thesin 16. & 17. Hactenus de dominio DEI vidimus quæ prior hujus Argumenti pars est. Nunc de potestate DEI sequitur, tanquam immediato effectu, seu fructu illius Dominii. Legitima enim & simul absoluta potestas nulla est, nisi quam Dominus absolutus, ipse plenus Dominus jure in rebus suis exercet: aut saltem alius, ex commissione quadam speciali, suo nomine & loco, exercendam tradit. Itaq; suprema DEI potestas, tum ex aliis DEI attributis essentialibus, tum specialiter ex ipsis supra-dictis dominii conditionibus, universa æstimanda est, in cujus descriptione, hæ quasi partes observandæ sunt, 1. Quod potestas illa sit omnium liberrima; quippe suprema, absoluta, & prorsus independens. 2. Quod sit æquissima, & omni modo justissima: utpote perfecto & supremo DEI dominio, quod in ipsa DEI natura fundatum est, innitens. 3. Quod in ea exercenda Deus omnino sit ab ullius creaturæ arbitrio, aut judicio, aut censura alienus. Ratio est: Quia Deus per eam, libere simul & juste, de rebus suis, universis & singulis, ex suo unius beneplacito disponere potest. 4. Quod exercitium ejus, partim in utendo jure suo, partim in non utendo, sive omittendo, aut remittendo, consistat, ut e prout ex sequentibus ipsa omnia planius intelligentur. Descriptio potestatis DEI summa.

Hhh

Porrò libertas mala dicitur hæc patrisfam duplicitèr: 1 quæ ad specificationē attinet & exercitiū simul, in iis omnibus, quæ Dominio DEI ita subsunt, ut universalis honestatis & justitiæ nullū exigāt. 2 Quod attinet ad exercitiū tantùm, in iis, quæ in specie vel genere certa, seu bona, seu mala sunt: ita tamen, ut naturæ Dei nihil adversentur, &c. In summa: extra se quidvis agit Deus liberrimè: quia, ut absolutus Dominus, omnia pleno jure possidet, ac proinde de iis, utpote rebus suis, absq; cujusquam injuria disponit. Nec tenetur cuiquam reddere rationem: quia secus non esset supremus, h.e. universalis & absolutus Dominus; sed necessariò aliquem recognosceret superiorem, & cui ipse obnoxius esset.

Resp. ad object. 1. *Quòd autem Esa. 1. & 5. item Ezech. 18. &c. offert se ad disceptandam causam suam, sive ad rationem factis suis reddendam: id facit ex ordine justitiæ, & superioris ejusdem proœritica, condescendentis ad captum nostrum, &c. Vult enim rationem suæ æquitatis aliquando conspicuam esse prout Matth. 25. item 2. Thess. 1. & Apoc. 18. videre est, &c. Sed quia non semper id facit: uti Psal. 36. & 77. & 73. item Rom. 9. & 10. & 11. patet: ex ipso facto ostendit, se nullo jure, vel ex debito, teneri ad hoc faciendum, &c.* Obj.

2. *tamen potest adhuc aliquid de justitia retributiva: cujus ratio nisi reddatur, ipsa nulla esse videtur. Nisi enim constet, cur præmia huic, & pœna illi, item cur in tali qualitate, itemq; in tanta copia & quantitate, tum illa, tum ista, hoc vel illo loco, aut tempore, distribuantur: jam ipsa justitia suam ratio perisse videtur.* Sed respondetur *satis esse, rationem hanc DEO semper constare, licet hominibus non ubiq; obvia sit: nec Deum propterea reddendis rationibus obnoxium esse, quia nos sine rationibus ipsius æquitatem plenè agnoscere non possimus, &c. Itaq; hîc nobis in mentem venire debent illa Spiritus S. oracula, quæ in Thesi 18. obiter indicata fuerunt, & quibus alia plura in eandem sententiam addi possent. Vide* Job. 33. 13. Quare adversùs Deū litigas, quòd de omni-

bus rebus

bus rebus suis non respondeat? inquit Elihu ad Jobum. Nempe significans, neutiquam Deum, rationem nobis reddere factorum esse suorum, ac judiciorum. Satis enim esse debet, quod scimus, Deū in exercenda potestate sua nihil adversus suam ipsius Naturam, q̄ quæ sanctissima & justissima est, sive decernere, sive re ipsa exequi posse. Facit igitur, quidquid vult, juxta illud Job. 23.13. Quod animus ejus cupit, id efficit: ait ipse Jobus. Sed nihil tamē vult, aut facit, immo nihil velle, aut facere potest, nisi quod bonum, & justum est &c. Sed jam ad species hujus potestatis veniamus.

Ad Thesin 18. 19. 20. 21. 22. In his Thesibus altera tantùm, h.e. prior pars divinæ potestatis, per certas quasdam species, seu gradus exercitii, ita declaratur, ut ejusdem amplitudo, seu varietas uberrima saltem aliquatenus ob oculos ponatur. Dividitur a. ipsa rursum in duas partes, vid. in liberam dispositionem de rebus omnibus, in possessione adhuc existentibus, & justam vendicationem earum, quæ interdum ipsi quasi adimuntur ab impiis, aut saltem imprudentibus. Dispositio verò illa deinceps in varias species subdividi potest, prout a Wolfg. Musculo factū est, quē nos fere sequimur in his Thesibus. Vide ipsum in locis communibus, tit. 50. De Dominio & Potestate DEI, & confer cum hisce Notis.

Partes seu species hujus potestatis.

Si quis tamen aliter hanc divisionem, seu mavis gradationē, instituere velit, cum eo non multùm pugnabimus. Fortassis enim ipse usus, sive actus divinæ potestatis, sic commodiùs per gradus suos distingui posse videbitur. 1. Potest Deus infinitas res producere, si velit, potest etiam non producere: quia eas omnia jure ad gloriam suam referre potest, ita nullis creaturis ad beatitudinem sibi ipsi procurandam revera indiget. 2. Res productas potest indifferenter, hoc vel illo modo, ad suam gloriam accommodare. Dico de speciali modo. Nam hic, respectu summi finis non est libera DEI potestas; sed tantùm respectu modi, & mediorum, &c. 3. Res suas variè potest immutare, quod ad externas qualitates, & dominia inter ho-

De libera dispositione rerum omnium.

omnes abstulit. Nam qui summus Dominus est, sua liberè dare, rursumq; si placet, eripere, & variè alienare potest. 4. Res denique suas in substantiâ etiam mutare, ac omnino penitus in nihilum redigere, seu destruere potest, si quidem ita velit, &c. Atq; hi gradus sunt, in omnibus omnino rebus, generatim notandi. In creaturis autem rationalibus hi sunt speciales, ac potiores gradus. 1. Potest DEus alios homines, itemq; Angelos, ad dignitatem aut gloriam aliquam eligere, alios præterire: alios exaltare, alios deijcere, & sic deinceps. 2. Potest ijsdem præcipere, aut prohibere, rursumq; permittere aut concedere, quidquid vult. 3. Potest etiam promittere, & comminari ijsdem, quidquid vult. 4. Potest denique eosdem aut præmiis, aut pœnis afficere, & quidem illis supra, his autem infra debitum seu meritum, &c. Itaq; bimembris erit hæc prima prioris partis particula: & prius quidem illius membrum, uti & posterius, utrumq; quadripartitum erit: aut pluribus etiam modis utrumque subdividi poterit, prout res variè considerabitur.

De Vendicatione rerum ablatarum.

Altera deinde particula, nempe vendicatio rerum ablatarum, etsi ad superiorem aliquam speciem commodè revocari possit, ad pleniorem tamen totius rei explicationem seorsim à nobis hic posita est. Ipsa verò per metaphoram intelligi omnino debet: quia reverà, propriè loquendo, nulla creatura DEO quidquam tanquam aut par, aut valentior adimere, vel eripere possit: sicut ex suprà dictis abundè patet.

Objicit.

Obijci tamen hîc etiam nonnulla possunt, quæ penitus diluenda videntur. Nam 1. Nominis celebritas, seu bona & præclara fama, item cultus DEO debitus ipsi eripi videntur, cum nomen eius ab impiis blasphematur. Vide Esa. 52. Ezech. 36. Rom. 2. &c. Ergo quædam ei verè adimuntur, quæ ipsius propria sunt. 2. Similiter multi per errorem, vel impudentiam, DEO quædam detrahunt, quæ verè locum in ipso reperiunt; verbi gr. hanc ipsam, de qua loquimur, liberrimam potestatem, &c. 3. Denique Esa. 42. negat ipse Deus se gloriam suam, h. e. sibi debitam, alteri traditurum.

datarū, &c. Ergo inquit, hoc saepe ab aliis fieri solere: partim ab Idololatris qui DEI laudem aliò transferunt, atque ita DEO sua sua eripiunt, &c. Sed Respondetur: *Deum per hoc revera nihil de absoluto & generali dominio amittere; sive quod ad* proprieta-*tem & justam possessionem, sive quod ad* usum *plenarium rerū suarum attinet: quum ista omnia respectum aliquem habeant ad libertatem arbitrii nostri, quae tamen & ipsa sub DEI potestate est. Itaq; eatenus tantùm ad usum divinae potestatis haec pertinēt, quatenus eodem referuntur arbitrium nostrum, unà cum aliis omnibus suis universis. Nihil, inquam, DEO revera hic decedit: licet interea non malè dicantur ea ipsi eripi, quae quum in ipso sint, aut à nobis ipsi debeantur, partim, propter intellectus nostri ruditatem, à nobis non satis agnoscuntur, partim, propter voluntatis malitiā, aliò transferuntur, partim, propter utrumque causam, à nobis omittuntur, aut negliguntur, &c. Haec enim omnia sic comparata sunt, ut non nisi mediantibus nobis ad DEI immediatè pertineant: quopropter Deus ipse aliquatenus arbitrio nostro subjecta esse voluerit, &c. In summa: ut* ablatio, *sive* adeptio, *sic etiam* vindi-catio, *seu* repetitio *rerum ablatarum, hoc loco praedicatur ex subjectae materiae conditionibus intelligi, atque explicari debet. Caetera videntur in Thesibus ipsis satis esse declarata.* Responsio.

Ad Thesin 27. 28. *Haec altera principalis pars est divinae potestatis: per quam non pauca rationes & autoritates in medium afferri possent. Sed quia res per se clara est, & satis in ipsis Thesibus explicata, labore hoc supersedebimus. Tantùm ex* VVolfg. Mu-sculo *quaedā huc citabimus, amplioris illustrationis ergo. Sic igitur ille loquitur [illegible] de Potestate DEI.* Non licet ministro de potestate, quā administrandā accepit, aliquid remittere. Quare villicus iniquitatis vocatur, qui unicuique debitorū Domini sui, de summa quā quisque debebat, partē aliquā pro arbitrio suo remittebat. Domino autem licet ac liberū est,

[illegible] remissione

Testimonium W. Musculi.

Vide Luc. 16.

Vide Matt. 18. & 20.

potestate sua in subditos vel uti, vel non uti, deq; jure suo remittere, vel aliquid, vel totũ, vel nihil. De suo quisque quod vult facit: de alieno id nõ licet. Sunt autem omnia juri DEI omnium Domini subjecta. Quare cùm solus plenam habeat ac liberam juris sui potestatem, solus ejus de jure suo remittere quibus voluerit, potest. Remittit illis, quorum miseretur: quos, si vellet, jure suo perdere posset: unde est, ut in eos vocetur, quum id faciat. Non remittit illis, quos indurat, quos Apostolus vocat vasa iræ, parata ad interitum. Neque hic est, ut quæramus, qua id potestate faciat. Dominus est. Sunt ipsius omnia, quæ in cœlo sunt, & in terra. Potestatem habet in res suas liberam & absolutam. Nemini quidquam debet. De suo rectè quod vult, facit. Nemo illi sine enormi impietate dicere poterit: Cur me fecisti sic? Cur nõ meliùs de me statuisti? Hoc Argumento Apostolus Paulus fortissimè reprimit eos, qui de potestate DEI haud rectè sentientes, misericordiæ illius & indurationis libertatem temeritate sua divexant. *Vide Rom. 9 &c. Hæc ille. Idem alio loco, nempe Tit. 26 de Justificatione, fol. 1 has verba habet.*

Aliud testimonium ejusdem. Quæritur hoc loco, quomodo conveniat DEO, qui Judex est omnium justissimus, ut justificet; id est, pro justis habeat, & justos pronunciet eos qui justi non sunt, sed impii potiùs, injusti & peccatores: quum pro justitia sua magis condemnet tales, & justificet justos: quod & Salomon ab eo petit, dicens: Ut condemnes impium, dando viam ejus in caput ejus: & justifices justum, dando illi secundum justitiam ejus. *1. Reg. 8.* & pronunciet eos esse abominationem coram Domino, qui justificant impium, & condemnant justum. Proverb. 17. Immò quum ipse præcipiat Judicibus, ut justificent justum, & condemnent impium. Deut. 25. quin palàm etiã

testetur

testetur de seipso, dicens: Innocentem & justum ne occidas, quia non justificabo impium. Exod. 23. Si justus Judex est, & justificat non impium, sed justum; impium vero cōdemnat & id justitiæ præcipit Judicibus, abominaturque eos, qui justificant impium: quomodo convenit, ut hoc ei justificandi genus demus, quod cum iniquitate & falso conjunctum est, ideóque justo Judici competere nō potest: quo, videlicet, justificet injustos, peccatores & impios, habeatque pro justis, qui sunt injusti, & manent improbi: perindeatque iniqui Judices pro muneribus justificant facinorosos, & in causa injusta justos pronunciant & absolvunt? *Tum continuò subjungit hæc verba.*

Hac cogitatione moveri videntur omnes illi, qui do- Rom. 4.
ctrinam hanc Apostoli, de imputatione Justitiæ, vel totā condemnant, vel sinistra interpretatione enervant: quia nec illam ritè intelligunt, nec Apostolo, de illa palàm disserenti, judicia sua debita cum reverentia submittunt. Nos verò ad hanc objectionem facilè respondemus. Si Deus tantùm justus Judex est, & nō simul misericors vel, si sic justus est, ut sine detrimento justitiæ suæ misericors esse nequeat: si sic, inquam, judiciariæ justitiæ obstrictus est, ut non liceat ipsi quorum vult misereri, & à peccatis absolvere reos: quod tamen permultos sibi principes & magistratus licitè permittere videmus: cōsequitur, inania esse, quæcunq; in S. Scriptura de gratia, & misericordia DEI leguntur; nec tantum illi potestatis esse in ipsius creaturas, quantum est homini in suos subditos, imò minus, quàm est figulo in suum lutum. Quare quid potest magis impium cogitari? Si verò sic justus est Deus ut simul sit & misericors, sicque punit sontes, ut simul quorum vult, liberè ac licitè misereatur, peccatoresque à pec-

catis

caris absolvat, nec queat ob ejusmodi misericordiæ gloria & encomio justitiæ privari, quid aliud consequitur, quàm duplicem illi esse thronum: judicii unum, gratiæ alterum: & ad thronum judicii pertinere, quando justificat justum, & condemnat impium: ad alterum verò, quod gratiæ est referendum esse, quando impium non condemnat, quod justè facere posset, sed misericorditer à reatu peccatorum absolvit & justificat. *Hac ille hactenus: ostendens hujus supremæ potestatis usum, simul & necessitatem, tùm in divina prædestinatione, tum in gratuita hominis justificatione, &c.* (Resp. ad object.) *Ubi obiter notabis, objectionem illam, à* justiciaria *DEI* justitia *petitam, quæ varie sibi debiti exactionem omnino postulare videtur, quæque præcipua est inter omnes, quibus hæc divinæ potestatis pars impugnari solet, accuratè & solidè satis ab ipso Auctore confutatam esse. Neque aliter hac de re, vel antiqui Patres, vel DD. Scholastici, unquam existimasse videntur: sicut ex* Lombardo *lib. 1. Sentent. distinct. ... item ex* Thoma Aquinate, *p. 1. quæst. 21. artic. 1. & p. 3. quæst. 1. art. 2. & ... perspicuè apparet.*

(Testimon. Fr. Suarez.) Unum *hic addemus testimonium ex Opusc.* Francisci Suarez. *p. 524. & seqq. (alium ut ipsum, unà cum aliis Pontificiis, in ipsis rebus interdum sibi parum constare animadvertamus, &c.) sic igitur inter alia loquitur:* DEUS in punitione peccatorum nullo modo utitur justitia commutativa. Non enim puniendo peccata solvit debitum, sed potius exigit. Exigere autem jus suum, non est propriè actus justitiæ, quando nō sit ad alterū, h. e. nō sit alteri jus suum reddere, sed ad seipsum terminetur. Justus tamen dici potest hic actus negativè, non positivè videlicet, quia non est alteri injuriosus, & quia alterum inducit ad faciendum actum justitiæ, *&c. Item:* Permittit quidem justitia, ut rem nostram ab alio repetamus, & jus nostrum conservemus, non tamen

elicit.

elicit, vel imperat hunc actum necessariò, &c. *Item*, cùm Deus punit peccatorem, non respicit jus peccatoris, sed suum proprium, vel commune totius universi. Itaque multum differt retributio pœnæ à retributione præmii: quia hic jus habet etiam homo, illic non item, &c. *Item*: Deus, cùm sit supremus omnium Dominus, non obligatur ex justitia commutativa ad puniendum peccata, neque aliqua promissione hic obligatur, &c. *Præterea ibidem magis ex professo ab Auctore illo demonstratur pag. seq. Immo pag. 566. &c. planè docet*, ex justitia commutativa, item distributiva, pœnam simpliciter cuiquam non deberi, nec nisi simplicem injustitiam esse in dimissione justi hominis: cùm sit duplex in fraudatione justi. *Denique*, punitionem in *DEO* esse actum justitiæ generalis, seu providentialis, non autem vel commutativæ, vel distributivæ. *Quæ omnia quàm benè cum vulgari Papistarum doctrina, de Prædestinatione DEI, deque Justificatione nostra, &c. consentiant, ipsi viderint.*

In summa: hæc altera pars divinæ potestatis nō minùs in se justa & legitima est, quàm prior *illa, suprà explicata: quia nō minus Deo licitū est, de jure suo remittere, quàm jus suū retinere, aut persequi, &c. In quam sententiam* Anselmus, *in proslog. c. 10. non inelegantèr scriptum reliquit:* Cùm punis malos (*inquit ad Deum*) justum est, quia illorum meritis cōvenit. Cùm verò parcis malis, etiā justum est, non quia illorum meritis, sed quia tuæ bonitati convenit, &c. *Nempe hoc sensit: justum omnino esse apud Deum, tam nō punire, quàm punire, prout ipsi visum fuerit, cui nihil injustum placere potest. Id quod sequentibus* Argumentis, *etsi fortè superfluis, amplius adhuc confirmari potest.* Summa sui.

Primum *petitur ex illis Scripturæ locis, quæ disertè docent, Deum verè condonare, ac remittere (seu [illegible] & [illegible]) nobis* Argumentum primum pro thesi.

nostra peccata Psal. 32. & 85. Matth. 6. & 18. Coloss. 2. &c. Hinc concludit, ipsum vere de suo jure tunc concedere, quando non exigit a nobis id, quod exigere jure poterat. Quid enim aliud est, jus suum remittere, quam, quod exigi jure poterat, idipsum non exigere, seu
2. condonare? Secundum ducitur ex iis locis, quib. asseritur, Deum posse etiam S. Angelos aliquatenus abjicere, & homines conversos etiam vere pœnitentes punire ac perdere: Siquidem summo jure a-ei velit. Esaiæ Iobi 4. & 15. & 25. Psal. 130. & 143. &c. Id quod tamen nunquam facit; ergo, reipsa summum jus suum hic remittit, &c.
3. Tertium sumitur ex Scripturis illis, quæ Deum docent esse valde propensum ad misericordiam, contraque tardum ad iram, Psal. 86. & 103. item longanimum & patientem, &c. Rom. 2. & 2. Petri 3. &c. & tamen alteram vindictam ac severitatem eidem nonnunquam tribuunt, Exodi 32. Jerem. 25. Rom. 11. &c. Hinc enim apparet, eum solere plerumque remitti summo illo jure, quo quidem semper uti posset, & quo aliquando utatur, &c. Quartum recta ratio
4. suggerit, quippe aperte docens, quod absque hac potestate non sit perfecta & plena potestas utendi jure suo. Haberet enim ista certos limites ac terminos, quibus omnino contineretur, si non liceret DEO jus suum interdum remittere: præsertim quum DEI remittere,
5. sive condonare reipsa sit de suo donare, &c. Quintum: Quia Deo non licet minus, quam hominibus. At inter homines cuivis Domino licet jus suum, quod adversus alios habet, omittere: nec ulla injustitia in ea esse censetur, quod aliquis jus suum non persequitur,
6. &c. Sextum: Quia nihil absurdi ex hac potestate sequitur. Non enim tollit aliquid ex DEI natura, v. g. justitiam, aut aliquam aliam proprietatem: sicut ex re ipsa satis apparet; præsertim quum præcisa debiti exactio, vel peccatoris cujusque punitio, nullum Deo commodum per se afferat: ut qui nihil omnino perdat, etiamsi non nunquam jus suum præcise remittat) nec aliquis propterea ordo & cohærentia rerum universarum in cælo & terra, &c. prout aliqui-

bus illa

quæ ista videri solent. Vide Iobi 35. 6. Si peccaveris, quid operaberis illi? & si multæ sunt defectiones tuæ, quid facies illi? &c. Tua improbitas DEO per se nihil efficit, sicut nec pietas tua illi prodest, ut ibidem statim amplius exponitur. Et certè per potestatem ipsam, in se nudè consideratam (puta, extra hypothesin divinæ voluntatis, sive vel aliter de ea statuerit) nihil DEO revera eripitur, quo simpliciter carere non possit: ut prænotandum est absolutè necesse, ut rationem curet Deus (injuriæ ipsi fieri referenti, &c. Dico, absolutè: ut distinguatur hæc necessitas ab hypothetica illa, quæ nunquam hic neganda est, &c. Sed de hac potestate jam satis actum esse putamus.

Ad Thesin 25. 26. 27. 28. His Thesibus explicantur aliquot cautiones, ac regulæ, ad posteriorem divinæ potestatis partem, tum ad utramque, plenius intelligendam utiles, ac necessariæ. Nam 1. de potestate tam puniendi, vel affligendi, tam condemnandi, vel dimittendi, &c. recte monetur, hic opus esse prudente aliqua distinctione, ne vel iniqua & Tyrannica potestas DEO affingatur; vel contra, præter justitiam propriam DEI jus abrogetur, sicut Thesi 25 satis apertè declaratur. 2. de necessitate debiti, an & quatenus in DEO locum habeat, in Thesi 28 sic disseritur, ut obligationem ipsam, ex liberali & spontanea DEI pactione ortam, cum liberrima ejusdem potestate minimè pugnare ostendatur. 3. Regulæ duæ asseruntur thesi 27. & 28. unde res tota facilè dijudicari potest: si, videlicet, ex una parte meminerimus, liberrimam DEI potestatem pro suo adæquato objecto habere tantum ea, quæ jure dominii DEO subjecta sunt: & proinde contra, vel præter ipsam DEI naturam nihil usquam efficere, vel agere posse: ex altera verò parte cogitemus, hypotheticam necessitatem, quæ, videlicet, à voluntate DEI pendet, cum ejusdem perpetua & naturali libertate minimè pugnare; licet immutabilem arguat eventum eorum omnium, quæ semel à DEO liberrimè decreta fuerunt. — Regulæ quædam hic tenendæ.

Sed ut plenius ista percipiantur, ita habendum est. Duplex agendi necessitas in DEO locum habet, quarum neutra quidquam — Naturalis & ... (margin)

*per se pugnat cum liberrima ipsius potestate, de qua nunc agitur.
Prima est simplex & absoluta, quoad* specificationem, *simul &
exercitium, ut in omnibus, quae ipsi DEO naturalia sunt: v. gr. se
ipsum amare, &c. vel etiam quoad* specificationem *tantum, ut
in omnibus, quae sic liberè extra se agit, ut tamen necessariò inter a-
gendum in certa specie actionis maneat: v. gr. bona extra se non o-
disse sed potius amare, &c.* Secunda *est hypothetica, orta ex qua-
dam suppositione, puta promissione, vel comminatione, &c.* Unde
debitum fidelitatis, vel justitiae, deinde oritur.

Postulata. *Hinc illa quasi* postulata *deducuntur. 1. quòd ista libertas do-*
1. *minii non extendatur ad ea, quae sunt DEO essentialia. Quare a-
ctus & immutabiles actus, qui per naturam DEO praecisè necessa-
rii sunt non pugnant cum liberrima DEI potestate, sive de exer-*
2. *citio, sive de specificatione agatur. 2. quòd necessitas quoad speci-
ficationem in iis etiam, quae Deus extra se vult, aut facit, nullam ar-
guat imperfectionem Dominii, aut potestatis in DEO: quia illa
quasi fundatur in essentiali bonitate ac rectitudine divinae volun-*
3. *tatis, à qua non potest voluntas ipsa unquam aberrare. 3. quòd de-
bitum divinum ex liberali pactione ortum, nihil deroget divinae ip-
sius libertati: quum ipse se debitorem fecerit, ac faciat, liberè promit-
tendo, vel alia simili ratione nobiscum paciscendo, &c.*

Objectiones. *Objici tamen hic multa possunt, praesertim contra debiti neces-
sitatem. 1. videtur ista necessitas saltem imminuere naturalem Dei
libertatem: quia, videlicet, obligationem quandam ei inducit. 2. vi-
detur ipsa tandem transire in naturalem necessitatem: quum im-
possibile sit, Deum esse debitorem, & nō solvere debitū, &c. 3. Omne
debitum repugnat supremo & perfecto dominio. Impossibile aut-
em est, Deum privari summo illo suo dominio. 4. Debitor omnis infe-
rior est eo cui debet. Divina autem majestas nemini subjecta esse
potest. 5. Qui debitum solvit, agit ex necessitate, & lege. At Deus*

omnia

omnia operatur ex consilio voluntatis suæ. Ephes. 1. v. 11. 6. Pater filio, & Dominus servo, obligari non potest. Ergo multo minus Deus suis creaturis obligari potest, ut quæ totaliter ab ipso pendeant.

Sed Respondetur ad 1. & 2. per simplicem infitiationem. Neque enim hypothetica necessitas tollit libertatem naturalem; neque in necessitatem naturalem ullo modo converti potest: quum sint affectiones toto genere diversæ, immo contrariæ. Nec refert, quod necessitas illa ex parte obligationem, vel impossibilitatem consequenter secum trahit. Nam satis est, & obligationem illam, & impossibilitatem illam, immediate seu proxime a libera DEI voluntate pendere: licet etiam mediate, & quasi per consequentiam, a Natura DEI dependeat, &c. Ad 3. & 4. Respondeo per distinctionem duplicis obligationis, et debitionis: quarum alia oritur tantum ex liberali promissione, seu gratuita & voluntaria pollicitatione; alia ex indigentia, aut subjectione naturali, aut etiam ex accepto beneficio, &c. Non autem illa, sed illa tantum, cum supremo dominio & præcellentia DEI pugnat: neque non istam, sed illam tantum, in DEO agnoscimus. Ad 5. similiter dici potest: Deum quoque interdum ex necessitate, & lege nobiscum agere; sed quam ipse liberrime condidit, & sibi ultro præscripsit. Quod enim jam vera necessitatis est, videlicet hypotheticæ, ad olim absolutæ libertatis fuit: & proinde, si per se consideretur, adhuc eadem [illegible] merito [illegible] fieri potest. Ad 6. Nihil absurdi est, etiam Patrem filio, & Dominum servo, & creatorem creaturæ, aliquatenus obligari; modo [illegible] ra subjectio, aut indigentia, omnisque adeo imperfectio, hinc remota [illegible], ut ex dictis abunde patet, &c. Plura vide apud Fr. Suarez in opusc. p. 578. & seqq. item p. 721. & seqq. ubi non pauca prudenter annotata invenies.

Responsio.

Ad Thesin 27. 28. Hæ duæ Regulæ, præsertim prior, haud facile intelligi possunt, nisi quid libertas, itemque necessitas, quatenus [illegible]

De libertate et necessitate [illegible]

exercitium, & quoad specificationem sit, pariter intelligatur. Itaq; specificatio versatur in hac quæstione, cum Deus circa idem objectum velle, vel nolle in specie dicitur. Et libertas quoad specificationem dicitur, cum Deus tam velle potest, quàm nolle, & utrâ: videlicet, quatenus in utraq; specie actus servatur ratio honesti & justitiæ, ut exitû, quæ liberè DEI dominio subjacent, &c. Exercitium verò dicitur, cum Deus reipsa vult, & agit, vel contrà. Et libertas quoad exercitium est, cùm in ipsa actione Deus ita liber est, ut possit idipsum non agere. Porrò de priore Maxima vide Franc. Suarez in opusc. [illegible] ubi rectè docet, adæquationem objecti, & potentiæ etiam in DEO locum habere: & hanc causam esse, quòd Deus non possit malum, h. e. peccatum, in se & per se velle: quia adæquatum volunt atis ejus objectum sit, tantùm ipsum essentialiter bonum, tum id omne & solum, quod secundum rectitudinem sapientiæ ejus ordinari potest ad illam divinam bonitatem, &c. De posteriore autem Maxima seu generali Regula, vide eundem Suarez, in ejusdem opusc. p. 581. &c. ubi paulò post differentia non contemnenda, & huic Attributo illustrando satis apposita, affertur inter DEI promissiones, & comminationes præsertim p. 597. & seqq.

De usu & abusu hujus Attributi.

Ad Thesin 29. & sequentes usque ad finem. De multiplici hujus Attributi usu, nihil hic addendum putamus: ut qui satis apertè in Thesibus explicatus esse videatur. De abusu verò duplici, qui thes. 31. & 36 exponitur, aliquid hic adjiciemus: saltem ut verum antidotum adversus utrumq; semper in promtu sit. Uterq; igitur abusus ex Axiomate illo, de adæquato divinæ potestatis objecto, quod Thesi 27. extat, corrigendus est. Nam prior eo peccat, quòd DEI potentiam, vel saltem actum ejus, limitat angustioribus, quàm ipsius adæquati objecti, terminis, &c. Itaq; reverà etiam negat, Deum esse Dominum eorum, quorum verè Dominus est, videlicet aliquarum, quæ sunt extra ipsum: quia potestatem ei quandam ex ipsis adimit; quanto tamen illud DEI dominium sit hujus universæ

in universa potestatis fundamentum, &c. Posterior in eo peccat, quod specialem DEI facultatem, ejusque proprium objectum, extendit ultra quam par sit, videlicet extra objectum adæquatum: atque ita Deum facit Dominum rerum etiam, quæ plane DEO essentialia sunt, atque nullius Dominio subesse possunt: quatenus liberam in ea potestatem DEO adscribit, &c. Unde porro Deum seipso majorem & minorem efficit: quia DEI proprietates (quæ sunt ipse Deus) dominio & potestati ipsius subjicit: quasi de quibus ex arbitrii libertate statuere ipse possit, & consequenter quorum ipse Dominus sit.

Idem porro Axioma ad omnipotentiam, omniscientiam & voluntatem DEI, &c. applicari potest, imo debet: nempe quoties de veris illarum facultatum, seu proprietatum actibus simul & objectis agitur. Sic enim fiet, ut tanto clarius intelligere possimus, quidnam, & quatenus, respectu DEI, tum factu, tum scitu, tum volitu, vel possibile, vel impossibile; sive (ut cum Scholasticis aperte & crasse loquamur) quidnam, & quatenus ipsi DEO tum factibile, tum scibile, tum intelligibile, tum denique volibile sit, vel non sit, &c. Unde non paucæ difficiles & abstrusæ quæstiones, quæ tum in Argumento divinæ providentiæ, ac prædestinationis, tum in materia justificationis, tum in aliis S. Theologiæ locis communibus sæpe inter doctos agitari solent, feliciter explicari, ac tandem omnino definiri poterunt. Qui fieri præcipuus harum subtilitatum scopus esse debet. Regula generalis de Attributis DEI.

Appendix quædam

Ad tria Problemata huic Disputationi annexa.

De his etiam quæstionibus hic aliquid adjiciendum videtur, ut sensus simul & usus earum planius explicetur.

Hoc

De [illegible] Neque in primis, hoc potissimum agitur, ut ea Scripturae loca, quae de Christi Mediatoris summa potestate disserunt, quam, videlicet, à Deo Patre super omnes creaturas accepit, ab eorum hominum corruptelis vindicentur, qui ipsas essentiales DEI proprietates realiter in humanam Christi naturam collatas, & velut effusas esse affirmant, &c. ut cum Christus ipse dicit, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas (πᾶσα ἐξουσία) in coelo, & in terra, &c. Hanc enim illi realem istam, quam vocant, divinarum idiomatum communicationem, in humana natura factam, hinc elicere conantur, &c. Neque interim animadvertunt, quàm multiplex in hac Argumentatione fallacia sit. Nam 1. confunditur hic tota persona (quae per pronomen, Mihi, significatur) cum altera tantùm natura, videlicet humana, &c. 2. potestas officii, quae distinctè (ut officium ipsum universum) ad utramque Mediatoris naturam referenda est, cum essentiali DEI potestate commiscetur, & ad alteram naturam restringitur. 3. Proprietas verbi, dandi, non satis expenditur: quae vel sola clarè docet, non de Naturalibus DEI proprietatibus, sed de rebus imperio divino subjectis, hic agi: quum Natura sive Essentia DEI, propriè loquendo, cum nulla re creata sic communicari possit, ut illi communicationem hanc intelligunt. 4. Simplex autem propria vis & significatio istarum vocum, Omnis potestas, ab iisdem hic exaggeratur: quasi quae nihil aliud, quàm aeternam, supremam, & naturalem DEI potestatem, significare hic loci possint: quum tamen alibi etiam omnis potentia (πᾶσα δύναμις) non dico Christo, sed Antichristo tribuatur. Vide 2. Thess. 2. Id quod certè majus quiddam esse videtur, quàm id de quo quaeritur: si tantummodo ipsa per se vocabula spectentur. 5. Denique ad scopum Christi, & subjectam materiam, non satis ab illis attenditur: quae tantùm non apertè clamant, illum de summa quidem, verèque divina, & respectu nostri prorsus infinita, non tamen ipsa essentiali sua

li, seu naturali DEI potestati, sed Mediatoris propria, nostrâq; omnium bono à DEO Patre accepta, & in Ecclesiæ salutem speciatim exercenda, ibidem differere, & proinde nihil ad rem nostram facere.

In summa: de potestate Christi Mediatoris propria, eâq; omnium maxima, quæ vel in cœlo, vel in terra esse potest, quæq; supra res omnes creatas excellenter eminet, eâsq; omnes imperio suo coercet, haud dubiè eo in loco agitur: sic tamen, ut semper excipiatur is, qui Christo subjecit omnia: quod Apostolus sapienter admonet 1. Cor. 15. v. 27.

In secundo & tertio Problemate, hoc præcipuè spectamus, ut ex superiori doctrina, de infinita DEI & Mediatoris Christi potestate, quasi per corollarium colligamus, revera tyrannicam esse eorum omnium dominationem, ac potestatem, qui vel in Republ. vel in Ecclesia, prorsus absolutè imperare, & legibus omnib. simpliciter soluti, sicut in omnibus superiores, denique prorsus exleges esse conantur. In principe quidem minus hîc periculum est: qui tamen omnino in Tyrannum degenerat, si vel naturalibus, vel divinis, vel iis etiam humanis legibus, quæ jure gentium nituntur, simpliciter exemptum esse velit. Nam de merè humanis, & simul etiam positivis legibus, præsertim quib. ipsum Principis jus asseritur, aliam rationem esse, ultrò fatemur: quippe quib. eatenus ipse solutus est, quatenus de suo jure, pro suo ipsius arbitrio, & liberè & variè disponere potest. In cæteris autem rebus, quæ veram virtutem, seu contractuum fidem & publicam honestatem, per se concernunt, omnino digna vox est majestate regnantis, agnoscere se legibus subjectum esse, ne propriũ DEI jus invadere videatur.

Porro si quis Episcopus in Ecclesia Christi sic eminere cupit, ut unus omnes judicare, ipse verò à nemine judicari velit, &c. is profectò, Antichristum se esse, reipsa ostendit: quippe usurpans eam potestatem, quæ vel merè divina, hoc ipsi DEO essentialis, vel saltem Christi Mediatoris propria, & proinde etiam hoc sensu prorsus incommunicabilis est. Vide 2. Thess. 2. & Apoc. 13. descriptionẽ

De Tyrannide & Anarchia.

magni Antichristi, &c. Ubi superba usurpatio, atq; ostentatio hujus folicitæ potestatis, inter evidentes illius notas ita recensetur, ut ferè principem in his locum obtinere videatur. Cæterùm cui hæc nota hoc tempore applicanda sit, nõ difficulter ab iis statui potest, qui doctrinã simul & vitam Romani Pontificis ad S. Euangelii normam diligenter examinaverint. Et de his quidem hactenus.

Ad Disputationem octavam,

De Bonitate, Gratia, & Misericordia Dei.

Ordo Attributorũ DEI.

AD Thesin 1. *Ordo ac dispositio divinorum attributorum, secundum nostrum intelligendi modum, tribus quasi gradibus absolvitur. Horum* primus *ea continet idiomata, quæ nullam per se energiam, sive operationem, vel internam, vel externam declarant, sed ipsam puram* DEI *essentiam, absolutè consideratam, respiciunt; ac proinde potissimum ad categoriam substantiæ, simul & quantitatis, aptissimè referri possunt: cujusmodi fuerunt* Simplicitas, Æternitas, Immensitas, *&c. de quibus in tertia Disputatione actum est.* Secundus *complectitur attributa energetica, propriè sic dicta, quæ videlicet in* DEO, *utpote vivente, intelligente & agente, quasi principia sunt operandi: v. gr.* potentia, scientia, voluntas, *&* potestas, *&c. de quibus quàm multa & varia quæri soleant, id hactenus in 4. 5. 6. & 7. Disput. vidimus. Restat nunc* tertius *ordo, seu gradus, eorum attributorum, quæ & ipsa per se energetica sunt: non tamen ut principia agendi, sed potiùs ut affectus, & qualitates, tum imprimis ipsi* DEO *agenti, tum aliquatenus ipsius actionibus, sive operibus, & quidem necessariò ac semper, inhærentes, considerari solent: nempe* Bonitas, misericordia, Justitia, Veritas; *item,* Amor, Odium, Ira, *&c. quæ deinceps tribus seqq. nempe 8. 9. & 10. disputationib. absolventur. Itaq; gradatim*

Lum, à nuda DEI essentia, per attributa ejusdem energetica, & naturales qualitates, seu proprietates essentiales, ad actiones & opera ipsius externa, & per se contingentia, tandē optima ratione descendemus. Sed de hoc ordine jam antè non semel egimus. Ad rem igitur ipsam accedamus.

Ad Thesin 2. 3. 4. & 5. *Immensum quidem est divinæ Bonitatis pelagus (ut rectè inquit VVolfg. Musculus tit. 47. de Bonitate DEI) ita ut à nobis explicari non posse videatur. Sed tamen, quia omnis vita & salus nostra in hoc DEI attributo præcipuè fundatur, omninò æquum & decorum, nobisq; utile & necessarium est, ut extremam saltem ejus superficiē religiosè aspicere, atq; aliis etiā ostendere conemur. Id quod in his Thesibus generali quadam ratione factum est.* Utramq; *enim quæstionem,* an sit, & quid sit, *in his generatim explicare cupimus. Et* prioris *quidem quæstionis assertio, videlicet, Deum omnino bonum esse, partim ex ipsius, Natura simul & Gratia, partim ex testimoniis S. Scripturæ confirmatur. Nam 1. ratione & experientiā constat, unumquemq; talia & dicere, & facere, qualis ipse est. At* omnia *DEI* opera valde bona sunt, *Genes. 1. &* omne bonum donum ab ipso descēdit, J*ac. 1. Ergo & ipse bonus est, &c. 2. Scriptura idem singulis ferè paginis inculcat: ut Psal. 118.* Confitemini Domino, quia bonus, *&c. & Psal. 145.* Bonus est Dominus, & rectus in omnibus viis suis, *&c. Luc. 18.* Nemo bonus, nisi unus, *nempe,* Deus, *&c. 3. Attributa illa DEI, quæ hactenus exposuimus, idem nō obscurè confirmant. Quidnis enim* bonus *esset, qui* æternus, immensus, immutabilis, omnipotens, *&* omniscius *est; quiq; ideoque* liberrimus, *&* absolutus *omnium* Dominus *est, quia primus & inexhaustus omnium bonorum fons est, &c. Sed nihil opus est, Soli lucem mutuari, & rem per se clarissimam amplius illustrare. Hanc igitur* priorem *quæstionem deinceps omittamus.* Deum esse omnino bonum.

Quid latine Bonorum divinitati alligatur.

Posterior *autem quæstio plus examinis & subtilitatis hab*[et,] *quæ sic fortè planiùs explicari poterit, si dicamus, Deum, generaliter loquendo,* duplici *ratione bonum esse in seipso, videlicet, & respectu aliorum, quæ sunt extra ipsum. Nam 1. in seipso planè perfectum est, & bonorum omnium aggregatione quasi stipatur: sive* [il]*la* honesta, *sive* utilia, *sive* jucunda *vocentur: item, sive ad* [ani]mam, *sive ad* corpus, *sive ad* externum *personæ* statum *refe*rantur: *nisi quòd omnia divino modo, absque mixtura nostrarum imperfectionum, ac defectuum, intelligi debent. 2. Extra seipsum quoque, erga creaturas suas omnes & singulas, etsi variè & inæqualiter (ut postea percipiemus) omnino bonus, h. e.* benignus, beneficus, liberalis, gratiosus, clemens, placidus, fidelis, æquus, justus, *&c. esse solet. Ubi obiter notabis, Axioma illud vulgare,* [à] *Thosis citatum, nempe,* quòd omne bonum sui ipsius com[mu]nicativum sit, *eatenus tantùm in DEO valere, quatenus in effectis ipsius, necessariò causam suam referentibus, imago, ac similitudo quædam divinæ bonitatis impressa est. Nam aliòqui certum est, essentialem DEI bonitatem, propriè loquendo, prorsus incommunicabilem esse cum rebus creatis: quòniam proprietates à subjectis suis nunquam egredi possunt. Atque hæc de* generali significatione *divinæ bonitatis sufficere possunt.*

Quomodo Deus bonus sit.

Ad modum ejus specialem, *seu rationem formalem, quod atti*net, *ita distinctè habendum est. 1. Bonitas in DEO non est qualitas aliunde pendens, aut à superiore aliquo principio participata, sive ab alio communicata (prout in nobis est;) sed est proprietas DEI naturalis, sive, ut ita dicam, originalis, & quasi portio quædam Naturæ divinæ, &c. 2. Neque est proprietas quædam DEO adventitia, aut adjunctum aliquod extrinsecus & præter essentiam accedens, uti in creaturis; sed inest ipsi per se quarto modo, sive per suam ipsius naturam; eique inest ipsi immutabiliter, ac necessariò, ab æterno* in æter-

lis aeternumque proprietas DEI essentialis, &c. 1. Non facile in- species partes, aut gradus, quasi qua major, aut minor effici possit, aut pro re nata varie mutari; sicut in nobis accidit: sed jam inde ab omni aeternitate plane perfecta, omnibusque numeris, & gradibus absoluta, sit e summa, excellentissima, immensa, & denique invariabilis est, &c. Itaque hoc sensu verissime Christus, solum Deum bonum esse dicebat Luca 18. videlicet, eodem sensu, quo alibi solus Deus sapiens, ac solus potens, &c. etiam S. literis appellari solet. Rom. 16. & 1. Tim. 1. & 6. &c. Quae significatio nulli creaturae convenire potest.

Ad Thesin 6. 7. & 8. Haec tria porismata ex superiore generali doctrina, de Bonitate DEI, necessario & sua sponte profluunt. Horum primum generale est, & nititur illo Axiomate duplici, eoque verissimo, quod Thesi 6. expressimus: videlicet, impossibile esse, ut contrarium, quod subjecto vere naturale est, alterum contrarium in eodem subjecto residere patiatur: item, fieri aliter non posse, quam omne agens agat juxta suam naturam, & propriam formam, &c. Quare, quum Deus per naturam bonus sit, certe nec malitia, seu vitiositas ulla, in ipso residere, nec ipse mali quidquam facere, vel operari potest. Atque hoc sensu scriptum est 1. Joh. 1. Deum esse lucem, & tenebras in ipso nullas esse, &c. item Jac. 1. Deum neque à malo tentari posse, neque quenquam ad malum tentare, &c. Non enim potest arbor bona fructus malos proferre, &c. prout alibi scriptum legimus Matth. 7. & 12. &c. Corollaria quaedam ex superiore. 1.

Secundum porisma continet elenchum erroris Manichaeorum, qui Deum quendam natura malum inducebant, quem tamen aeternum & verum Deum, ac coeli terraeque creatorem esse statuebant; licet eundem Patrem D. N. J. Christi esse negarent. Quam blasphemiam olim copiose inter alios Augustinus, tum peculiarib. scriptis, tum in libris de Civit. DEI passim confutavit. 2. Contra Manichaeos.

Objectiones ipsorum praecipuae hae erant. 1. Quum peccata, & alia multa mala, passim in Mundo vigeant: nec tamen à seipsis exi- Objectiones.

fieri possint, aut potuerint; ad principium aliquod æternum referenda videntur, videlicet ad Deum quempiam naturâ malum. 2. Quare Deus ille, creator hujus mundi, qui legem Mosaicam tulit, aliam planè Religionem in V. T. constituerit, quàm quæ postea in N. T. instituta fuit, nō videtur unus idemq; Deus fuisse: præsertim quum ille crudelia bella, & cædes aliàs permiserit, immò imperaverit; & præterea cruentas hostias exegerit, &c. quæ omnia cum vero & spirituali DEI cultu pugnare videntur.

Responsio. *Sed Respond. ad 1. originē mali, h. e. peccati, nō ad æternū aliqⁿ malū principiū; sed ad ipsos Angelos. & hōines, sui arbitrii libertate abutentes, referendā esse: neq; peccatum ipsum, per se formaliter acceptum, rem aliquam positivam esse; sed tantùm accidentarium creaturæ vitium, ac defectum, &c. Quare non tam* efficientem, *quàm* deficientem *ejus causam inquirendam esse. Cætera verò mala, puta pœnas, aut corruptiones, &c. aliquid in se boni semper habere, cujus respectu ad Deum auctorem meritò referantur.*

Ad 2. Diversitatem, immò contrarietatem, V. & N. T. non tantùmmodò inducere diversos, aut contrarios Deos, sed tantùm diversas, aut etiam contrarias ejusdem DEI de rebus diversis, aut contrariis, voluntates, seu potius ordinationes & decreta; & quidem sapienter ad diversas Ecclesiæ ætatis accommodata, &c. Neq; bella, cædes, victimas, ullam per se truculentiam, aut immanitatem arguere; sed partim ad divinæ justitiæ, seu vindictæ, executionem pertinere, partim mysticas significationes, alioquì sub statu N. T. per Christum implendas, eâq; non paucas habuisse: & sic bona fuisse.

3. Contra Libertinos. Tertium *porisma contra* Libertinos *& similes fanaticos, ex professo dirigitur, qui unum illum verum Deum, sine delectu, tam malorum, quàm bonorum omnium auctorem esse contendunt. De quibus vide inter alios, Calvinū in Instruct. cōtra Libert. c. 14. & c.*

Objectio. *Horum objectio præcipua duplex est. 1. ab omnipotentia. 2. à gene-*

rali

vel providentia DEI, seu rerum omnium gubernationi, & iustitiæ. Utrumq; enim periclitari putant, si quidquam in mundo fieri dicamus, quod non & volente & cooperante DEO fiat, efficaciter, inquam, & præcisè volente simul & cooperante. &c. Sed ad 1. iam ferè responsum est, præsertim in disputat. 4. & 5. ubi de potentia, simul & voluntate DEI, ex professo egimus: & non obscurè probavimus, peccata nullo modo ad efficacem DEI voluntatem, tanquam ad causam efficientem, reiicienda esse: licet ea Deus omnino volens permittat, item sapienter dirigat, & ad bonum finem ordinet. &c. Ad 2. ferè similiter responderi potest, immò debet: videlicet, divinam rerum omnium gubernationem minimè requirere, ut Deus promiscuè tam mala, quàm bona operetur: sed hic satis esse, ut permissio, item directio, & ordinatio aliqua DEI interveniat; operatio verò tantùm ad ipsam actionem, in genere sumtam, quæ per se bona est, item ad pœnam, quæ fortè infligitur: non ad inhærens vitium, seu peccatum propriè dictum, referatur. Vide suprà Disput. 6. passim. In summa: fieri nullo modo potest, ut Deus, qui per naturam optimus est, ullius mali, h.e. peccati, auctor existat. Responsio.

Ad Thesin 9. 10. 11. 12. 13. De duplici significatione divinæ bonitatis iam satis antè dictum est, ad Thesin 4 & 5. Hic verò posterior tantùm significatio ampliùs exponitur, quæ propriè etiam huius loci est. Hæc autem virtus in specie benignitas, seu liberalitas (Hebr. Chesed. Græcè χρηστότης) in vulgata autem versione Latina sæpe misericordia appellatur: nempe, effectus ille munificus ac liberalis, quo Deus ad benefaciendum creaturis suis ultrò propendet: immò quo tandem reipsa iis benefacit, sive boni aliquid largiendo, sive mali quippiam depellendo. Vide loca ex Psalmis citata: item Rom. 2. Eph. 2. Tit. 3. &c. Porrò hæc benignitas, etsi naturaliter in DEO residet, effecta sua tamen, extra Deum, nonnisi mediante libera volun- De Benignitate, seu liberalitate DEI.

ra voluntate, & quidē pariō, seu cōsilio quodā divino, exercere solet.

Benignitas in specie.

Atque hinc differentia illa oritur, inter benignitatem DEI generalem, & specialem: *videlicet, quatenus utraq; ad extra, & quidem effectivè, consideratur, uti modò diximus.* Priorem illam *exercet Deus erga omnes omnino creaturas: sed tamen inaequaliter, prout ipsi placet: quippe quarum nulla est, quae nō aliquid boni, seu perfectionis, aut moralis, aut naturalis, &c. à DEO acceperit.* Aliae namq; *nudam essentiam;* aliae *etiam vitam;* aliae *praeterea sensum & motum;* aliae *deniq; rationem, sive intellectum ratiocinatorem; & in his etiam multa voluptatem, laetitiam & felicitatem, tum temporalem tum aeternā, ex mera solius* DEI *liberalitate, adeptae sunt. Ita ut meritò dictū sit à Spiritu S. Psal. 145.* Bonus est Dominus erga universos. *&c.* Posteriorem *verò exercet tantùm erga fideles & electos, juxta illud Psal. 73.* Bonus est Deus erga Israëlem. *&c. Hos enim singulariter amat, tanquam filios, & haeredes suos; ideoq; peccata omnia in Christo condonat, & spe vitae aeternae instillat, & deniq; Spiritum S. largitur, velut arrhabonem futurae haereditatis coelestis, &c. Si quis tamen aliter velit hanc divisionem instituere, per nos omnino licet: ita videlicet, ut secundum varios divinae beneficentiae gradus, ac distinctos rerum creatarū ordines, etiā diversae species bonitatis divinae virtutis assignentur. Sed hoc nimis operosum foret, nec utilitas labori responderet.*

Ratione hujus varietatis.

Jam verò si quis rationem hujus inaequalitatis, *seu* varietatis, *quam Deus in exercenda benignitate sapienter ostendit, à nobis requirat, eam non obscurè in libro 11. attulisse videmur. Nam decet hic absolutum & supremum Dominum, ut liberrimam suā potestatem, in donis suis inaequaliter distribuendis, reipsa ostendat: juxta illud Matth. 20.* An nō licet mihi facere in meis, quod volo? *Si enim omnibus aequaliter benefaceret Deus, jam nō ex arbitrii libertate, sed ex naturae necessitate, extra se operari crederetur.*

V gr.

autem & primæ arbores, vel aliæ plantæ, sine fructibus indiscrimina-tim omnibus permixtim, &c. 2. Sapientia DEI postulat, ut in ea-rum rerum varietate, & distinctio & cohærentia quædam ipsa-rum rerum visatur, atque alia aliis, tanquam media finibus, pruden-ter subjiciantur, denique ut omnia suis ordinata, & cum singulari quadam artificis ratione. Ordo vero & subtilitas maxima inter in-æqualia esse potest. Nec artificis ratio ubi cernitur, ubi nulla di-stincta rerum varietas apparet, &c. 3. Æquitas & justitia DEI re-quirit, ut pro diversis hominum conditionibus, atque voluntatis o-peribus etiam diversa fiat distributio præmiorum, aut pœnarum, &c. ut DEI bonitas [illegible] rationalis. & quæ ipsi iusta, [illegible] esse videatur. 4. Denique requirit hanc varietatem ipsa perfectio & pulchritudo totius universi, quippe quæ non minima ex parte consistit in ipsa multiplici rerum crea-tarum varietate, quæ DEO negligenda non erat, utpote supre-mo omnium Architecto, & magno providoque Patrifamilias, &c. Vide hæc in Thesi 13. citata, ubi hæc & similia Argumenta non ob-scure indicata invenies.

Ad Thesin 14. *Contraria, ut vulgò dici solet, juxta se posita, clarius elucescunt. Itaque & DEI* benignitas *de qua nunc agitur, ex oppositis eorum contrariorum vitiorum pravitate melius patebit. Op-ponuntur autem huic divinæ virtuti (si ita licet appellare)* tum im-*primis* avaritia, & cupiditas, tum sordida & maligna tenaci-tas, tum genuina illiberalitas, durities, invidia, & inhuma-nitas. *Quorum nihil in DEO locum habere potest. Ipse enim dat* omnibus vitam, halitum, & omnia, *Act. 17.* & dat libera-liter, nec exprobrat cuiquam, &c. *Jac. 1. immò* beneficien-do lætatur & creaturis suis omnia necessaria cum gaudio suppeditat. *Psal. 104.* & *145.* & *147.* &c. *Quare nec ex propriam il-lam, [illegible]* Vitia Bonitati Dei opposita.

& aeternam afflictionem mittatur: ut Matth. 25. videre est. Non obstat, quod Deus interdum improbos, scelestos ac plane rebelles, leniter & placide tractare, tandemque in aeternum exitium praecipitare solet: immo suos quoque fideles aliquando paulo durius affligere, & velut ad tempus deserere, &c. Haec enim omnia, si penitius inspiciantur, ab ipsa DEI bonitate, magis recte accepta, ubi partim, h.e. ab aequitate & iustitia, revera proficiscuntur, & in hoc vel potissimum ea tendunt, ut tanto praeclarius & copiosius suam erga nos bonitatem ipse tandem exercere possit. Qua de re suo loco plura fortasse dicemus, videlicet in Disput. sequenti, de Iustitia DEI, & adversus quam utraque obiectio illa praecipue militare videtur.

Distinctio Gratiae & Misericordiae Dei.

Ad Thesin 15. 16. 17. 18. Ex ante dictis aperte constat, cum DEI bonitatem, quae erga creaturas exercetur, quaeque vere & propria nomine benignitas, seu liberalitas, appellanda est, partim in bonis ac beneficiis largiendis, partim in malis ac suppliciis avertendis, sive partim in donando, partim in condonando, totam consistere, hic igitur sequentia membra de Gratia, deque Misericordia DEI, non inepte, tum inter sese, tum a praecedentibus distingui possunt: ut Gratia quidem proprie in largitione cuiusvis felicitatis, sive omne genus bonorum; Misericordia vero in condonatione peccatorum, & avertendo omne genus malorum potissimum occupetur. Quanquam illud etiam diserte advertas; quod utraque haec virtus, ordinarie quidem & usitate, in S. literis, ad rationales creaturas puta homines, aut tantum, aut potissimum referri solet: quam bonitas, & benignitas etiam ad bestias, omnesque adeo creaturas, utplurimum extendatur. Vide Psal. 36 Benignitas tua usque ad caelos &c. item, hominem & bestiam servas Domine &c. De gratia vero scriptum est Tit. 2. Apparuit gratia DEI salutaris omnibus hominibus, &c.

Varia significatio Gratiae.

Sed de Gratia DEI duo potissimum hic notanda sunt. Primum est, varia Vocis usurpatio. Secundum, ipsa Rei distinctio,

sive qualis-

singulatimque describitur. Ad significationem quod attinet, ea ferè triplex, si non quadruplex, in Scripturis occurrit. Nam 1. 1.
pro amabili venustate, seu decora specie, tum in ipso vultu, tum in verbis, & gestibus externis, &c. usurpari solet: v. gr. cum Luc. 4. dicuntur omnes auditores admirati esse sermones gratiæ Christi, hoc est gratiosos & amabiles sermones; cum Psal. 45. gratia dicitur in labiis Regis (i. Christi) diffusa esse; Christus enim & Deus undiquaque gratiosus est, tum in verbis, & factis, tum maximè in ipso spiritu, sive affectibus: quem propterea sancti ac homines videre expetunt, quippe in quo est satietas lætitiarum, ut dicitur
Psal. 16. & 17. &c. 2. Liberalem ac gratuitum DEI favorem, 2.
seu paternam affectionem ac benevolentiam significat, hoc est affectum illum gratiosum, quo Deus ad beneficia sua, tum corporalia, tum maximè spiritualia, in nos liberaliter conferendum [illegible] compellitur. De qua significatione potissimùm hic agitur: quâ & potissimùm illa S. Scripturæ loca tractari debemus, ubi de gratuita hominis justificatione, quæ per fidem in Christum fit, ex professo agitur. Vide Rom. 3. & 4. & 6. Gal. 2. & 3. Eph. 2. Tit. 2. & 3.
& alibi passim. 3. Effecta hujus divinæ benevolentiæ, seu gra- 3.
tuitæ DEI, recepta jam in nos [illegible] declarat. v. gr. cum 1. Pet. 4. fideles vocantur dispensatores variæ DEI gratiæ. Hic enim metonymicè nomen causæ ad effectum significandum traducitur. Nempe, eodem ferè sensu, quo eleemosynæ nomine interdum nomine gratiæ insigniuntur, quas ex gratia & liberalitate nostra præstemus. Vide 1. Cor. 16. & 2. Cor. 8. &c. Atque hanc tertiam significationem Pontificii præcipuè urgent, cum de gratia justificante disputatur: quippe quam illi (sed perperam) justificandi donum, divinitus in nos collatum, tanquam præcipuam justificationis nostræ causam, substituere solent. Non autem, si omissa hanc inhærentem gratiam in Justificatione intervenire omnino negamus, nempe fidem, spem, charitatem, &c. [illegible]

partem DEI gratiam esse concedimus; nec eo loco, quo Pontifi-solent, constituere possumus. Qua de re aliàs uberius.

Definitio Gratiae Dei.

Porrò hinc facile est intelligere, quomodo Gratia DEI, *hoc loco definienda sit. Nam quum ipsa tantùm DEI attributa, non autem effecta eorum, praesertim externa, propriè hîc explicanda sumserimus: non dubium est, quin DEI gratia quoq; potissimum in prima, & secunda significatione (sed maximè tamē in secunda) hîc à nobis definiri debeat. Itaq; dici potest, eam esse partim amabilem & DEO dignam pulchritudinem ac speciem, partim verò, & praecipuè, liberalem ac benevolum DEI affectum benè de nobis merendi, & speciatim dona supernaturalia nobis ultrò largiendi, &c. Quod postremum idcirco potissimum adjicimus, ut differentiam illam, inter opera* Naturae, *&* Gratiae, *quae vulgò in Scholis Theologorum celebris est, obiter attingamus. Nam & S. litera vocabulum* Gratiae *divinae ferè semper ad opera Redemptionis, & salutis aeternae, in Christo nobis exhibitae, rarissimè verò ad dona Naturalia, & vitam hanc animalem, referre solent. Vide loca in Thes. 17. & 18. citata.*

Solutio quarundam quaestionū.
I.
De causa gratiae divinae.

Ad Thesin *19. 20. 21. 22. In his Thesibus explicantur obiter aliquot problemata de gratia DEI salutari, seu justificante, q hujus loci propria est. Et* prima *quidem quaestio est, de illius origine, seu vera causa & fundamento: utrum haec in solo DEO, an etiam aliquatenus in nobis, inveniri possit.* Responsio *patet ex dictis. Si enim* principalis *significatio gratiae divinae, quae aeternā DEI benevolentiam, ac quasi naturalem liberalitatem erga nos declarat, accuratè spectetur, ejus certè nulla causa in nobis reperiri poterit: quippe quae immediatè quidem per liberam voluntatem, hac autem mediante, per naturam, ab aeterno, & immutabiliter in DEO residet, &c. Quòd si etiam benignum ac gratiosum Dei* decretum *de nostra salute, in Christo, seu per Christum procurāda, &c. hoc nomine intelligere velimus: tanquam internum quid & immediatum, sed speciali modo circumscriptum, illius decreti*

fieret in effectum: non sit quidē ulla ejus ratio, aut causa, extra Deū inveniatur: Quippe qui solus ex mero suo beneplacito, pro uberrima sua bonitate tale decretum, de nobis in Christo servandis, jam olim ante secula fecerit. Vide Ephes. 1. & 2. Tim. 1. &c. At si effectus externus, distincte & particulatim consideretur, idque reipsa per partes collatus, respicere quis velit: huic omnino distinguendū erit, inter varias divinae gratiae species, seu majores partes, & gradus. Nam quum alia gratia post aliam, & propter aliam, ordinarie nobis donetur, absurdū nihil erit, si posteriorum illarum rationem in prioribus quaeramus; immo earum aliquam causam in nobis etiā haerere dicamus. Nempe: quatenus ita constitutū est divinitus, ut qui primam gratiam competenter acceperit, is secundam, & perinde tertiam, &c. consequatur: & contra, qui illam rejecerit, hic minime adjuvetur &c. Interea tamen, si universum gratiae processum intueamur, in solo DEO veram ejus originem, & causam, quaerendam esse omnino agnoscimus.

Secunda quaestio ex gratia nascitur, & ex illius solutione fit illa quoque absoluta. Quaeritur enim, an salutaris DEI gratia omnino pura sit, h. e. mere liberalis & gratuita: an vero aliquatenus ab hominum meritis, sive praeteritis, sive praesentibus, aut futuris, dependeat. Respondemus autem contra omnes gratiae divinae corruptores, Pharisaeos, Pelagianos, &c. illam omnino puram, seu mere gratuitam, h. e. plane liberalem, atque ex parte nostra omnino indebitam esse: tum, quia ipsa gratiae definitio id postulat: quippe docente, gratiam non verè esse gratiā, nisi omni modo gratuita fuerit. Augustinus alicubi scite loquitur: tum, quia S. literae perpetuam Antithesin inter opera nostra, quae meritoria esse finguntur, & gratiam DEI, diserte constituunt: prout Rom. 4. & 11. Eph. 2. &c. videre est: tum, quia sana ratio docet, & DEO indignū, & nostri respectu impossibile esse, gratiā illius à nostris operibus emi, & quasi fermento meritorū nostrorū infectam corrumpi. &c.

2. De electionis gratia cum meritis nullis.

3. De ordine & connexione partium gratiæ.

Tertia est, de ordine, seu processu gratiæ divinæ, h. e. utrum inter ejus species seu partes ordo sit, annon, ita scilicet ut una gratia post aliam, & propter aliam donetur; & quæ sit hujus ordinis ratio, seu causa, &c. Sed hæc quæstio jam in explicatione primæ satis exposita esse videtur. Fatemur enim omnino, sic inter se ordinatas esse divinæ gratiæ partes, ut nemini nisi gradatim à prima ad secundam, &c. pervenire liceat, neque aliter accipere. Præcedens gratia alterius sequentis causa, & hæc vicissim illius effectum, appellari possit. Hujus autem ordinis ratio, est ipsa DEI sapientia, simul & justitia: quarum illa dictat omnia DEI opera sic dispensanda esse, ut semper à rudimentis ad augmenta, & sic tandem ad perfectionem ascendatur: hæc verò postulat, ut æquitatis aliqua ratio, in distribuendis præmiis, simul & pœnis, aliquando tandem appareat: quæ certè nulla foret, absque hoc partium ordine, & processu.

4. De conditionibus decreti gratiæ divinæ.

Quarta est, Utrum gratiam suam DEUS absolute nobis in Christo dare decreverit, an verò sub conditione, &c. Respondetur, eam absolutè decretam esse, respectu causæ antecedentis ipsum decretum, h. e. verè efficientis, simul atque impellentis primariæ. Nihil enim extra se spectavit DEUS, tanquam motivum aliquod principium hujus decreti, cum salutem nobis in Christo daturum se decerneret: sed ex mero beneplacito, pro divitiis suæ benignitatis, ad laudem gloriosæ gratiæ suæ, decretum illud ante secula confecit, ut de Ephes. 1. item 2. Tim. 1. & 1. Petri 1. &c. Interim si modum hujus decreti, seu causam ejus formalem, & simul ipsarum inter se partium ordinem, ut & finem duplicem, ad quem tendit, exactè consideremus, omnino conditionale, seu conditionibus quibusdam circumscriptum esse fatendum erit. Non enim sine mediis, & citra mediorum usum, sed omnino per media quædam inter se pulchrè ordinata, salutem nostram in Christo procuraturum se DEUS decrevit: juxta illud Ephes. 1. Elegit nos in Christo, &c. item, ut essemus sancti & inculpati, &c. item

cap. 2.

Eph. 2. creati sumus in Christo Jesu ad bona opera, quae praeparavit Deus, ut in iis ambulemus, *&c. Itaque ultima seu praemia gratiae effecta, puta veniam peccatorum, & vitam aeternam, sine praevia fide in Christum, & seria conversione ad Deum (quae tamen & ipsae gratiae effecta sunt) adipisci nemo poterit. Non tamen hinc ullo modo sequitur, salutem in Christo nobis decretam, & jam nobis exhibitam, non posse esse gratuitam: quasi conditionale, & gratuitum, minime sibi invicem contraria sint: praesertim si & ipsa conditionis impletio a pura* DEI *gratia dependeat: prout hac in parte hic plenissime constat.*

Quinta est: *Ad quos salutaris haec gratia pertineat.* Ubi *accurate inter* oblationem, & collationem; *sive inter* jus ad rem, & *actualem rei* possessionem *distinguendum est.* Offertur *enim salus aeterna, in verbo gratiae, omnibus & singulis, quibus Evangelium annunciatur, sed reipsa iis tantum* confertur, *qui credunt, & resipiscunt &c. Vide Joh. 3.* Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, *&c. Item 1. Tim.* 4. Salvator est omnium hominum; sed maxime credentium. *Et c. 2.* Vult Deus omnes homines salvos fieri, & *c. Et licet ipsa etiam fides, et resipiscentia, omnino gratuitum* DEI *donum sint; ipsis tamen non nisi conferatur, sed assensum, & cooperationem hominis liberam, omnino requirit. Unde fit, ut qui incredulis & impoenitentes esse perseverant, & media ad fidem & conversionem destinata, fastidiunt, liberaliter in Evangelio divinitus oblata, sicut contemnunt, ii de se ipsis tantum, non autem de* DEO, *aut Christo, vere conqueri possint. Vide loca in Thesi 22. citata, & confer alia similia, ubi de origine, & causis verae fidei, seu conversionis ex professo disseritur. Et tantum de his quaesitis, hoc quidem loco, dixisse sufficiat.*

Ad Thesin 23 & 24. *Cum* gratia DEI *in speciales species distinguatur, non ipsa per se* naturalis DEI proprietas, *sed* en-

5 Quorum haec gratia propria sit.

Distinctio-nes Gratiae plurimae.

ergeticus

energeticus ejusdem favor, seu actualis & efficax illius ad certam dispensatio, propter rem gerendam est. Nam illa quidem una & eadem manet semper in DEO, & sese habet: haec autem pro vario DEI beneplacito, & varia objectorum conditione, varie extra DEUM sese exeritur. Porro de distinctionibus gratiae diversis, apud Scholasticos usitatis, vide Aquinatem in par. 2. quaest. 111. Sed in primis Bellarminum Tomo 4. Controversia 3. generali de gratia & libero arbitrio, lib. 1. fere toto, ubi plenius haec explicantur.

a. Summa est haec: 1. Primo dividunt illi gratiam in aeternam, & temporalem: quarum illa est decretum DEI gratiosum & aeternum, de donis supernaturalibus nobiscum communicandis, deque salute nobis in Christo danda, &c. haec est decreti istius executio, quae in tempore fieri solet. 2. Posteriorem hanc gratiam dividunt
b. in gratiam gratis datam, & gratum facientem: quarum illa complectitur dona gratuita, non tamen absolute & per se salutaria, h. e. ad communem Ecclesiae salutem potius, quam nostram ipsorum propriam, spectantia: v. gr. dona linguarum, prophetiarum, sanationum, &c. haec vero possessorem suum carum DEO, justum
c. & sanctum efficit, &c. 3. Hanc posteriorem iterum distribuunt in habitualem & actualem, seu in permanentem & transeuntem: quarum illa instar habitus, seu qualitatis permanentis, in homine residet, ut fides, spes, charitas: haec vero specialem quandam DEI actionem seu motionem gratiosam declarat, qua DEus
d. hominem ad salutem vocat, vel adjuvat, &c. 4. Hanc rursus dividunt in sufficientem & efficacem: quarum illa per se quidem sufficit ad hominem convertendum, & salvandum, licet id ipsum saepe non praestet: haec autem ipso actu sese exerit, & hominem re-
e. ipsa convertit, &c. 5. Utramque porro distribuunt in praevenientem, & subsequentem, seu comitantem: vel quod eodem se redit, in excitantem, & adjuvantem: quarum illa hominem peccatorem, seu peccatis adhuc immersum praevenit, & a somno

seu morte ad

sua morte peccatorum excitat, ut etiam salutis ingrediatur: hæc *autem hominem jam excitatum, & aliquatenus conversum, porro adjuvat, & in bono proposito confirmat. 6. Denique sola ef-* 6
ficax gratia subdividitur in Operantem *&* Cooperantē: *quarum* illa *in homine, absque hominis concursu, initium quoddam conversionis operatur:* hæc *verò continuatum pietatis progressum in homine cooperante promovet, &c. Sic ille. Neque nos ista simpliciter & per se damnamus (ut quidam calumniari solent) sed omnia potius in sano sensu approbamus: nisi quòd breviùs & clariùs has partitiones omnes explicari posse putamus. Sed has commodiùs alio loco differemus, videlicet, in tractatu de libero hominis arbitrio, ejusque conciliatione cum necessitate, simul & efficacitate gratiæ divinæ. Itaque ad alia transeamus.*

Ad thes. 24. *Hanc salutaris gratiæ distinctionem pleniùs à Musculo in locis communibus, titulo de gratia DEI, explanatā invenies quem adibis, si placet. Est autem reipsa hæc distinctio eadem cum prima Scholasticorum distinctione, superiùs indicata: nisi quòd originem & ordinem ipsius gratiæ, quæ nobis in Christo contingit, verbis significantioribus exprimat.* Usus *igitur est, ut sciamus, in æterno & gratioso* DEI *beneplacito primam omnis gratiæ salvificæ originem statuendam, & hinc omnia charismata, seu dona salutaria, quæ reipsa jam nobis in Christo conferuntur, velut a capite & fonte derivanda esse: prout locus citatus ex 2. Tim. 1. v. 9. 10 perspicuè docet.* Alia distinctio.

Ad thes. 25. *Præcipuam V. & N. T. seu Legis & Evangelii, differentiam in ipsa* Gratiæ *differentia sitam esse, adeò verum est, ut etiam* Gratiæ *vox singulariter ad Evangelium significandum, atque à Lege discriminandum, in S. literis adhibeatur. Vide Joh. 1. v. 17.* Lex per Mosen data est: gratia & veritas per Jesum Christum facta est. *Item Rom. 6. 14.* Non estis sub Lege, sed sub gratia, *&c. Non quòd nulla planè gratia sub* Antithesis V. & N. T.

V. T. humano generi exhibita sit: sed quæ nec talis, nec tanta gratia, nec tam multis, exhibita olim fuit, qualis, & quanta, & quam multis sub N. T. exhibetur. Atque huc fortasse non male traxeris illud Joh. 1. 16. A Christo accepimus gratiam pro gratia (χάριν ἀντὶ χάριτος) id est gratiam N. T. pro gratia V. T. Quanquam hæc verba aliter etiam accipi posse, ac fortasse debere, non negaverim: puta, ut dicamus gratiam justificationis pro gratia conversionis; vel simpliciter, gratiam supra gratiam. Illud certum est, in V. T. seu Lege Mosis, quatenus hæc propriè ac præcisè accipitur, exclusa promissione universa fœderis gratuiti doctrina; umbram potius salutaris gratiæ, quàm solidam gratiam hominibus exhibitam fuisse: juxta illud Heb. 10. 1. Lex umbram habuit futurorum bonorum, non ipsam expressam rerum imaginem, &c. item illud 1. Pet. 1. 10. 11. 12. Prophetæ de ventura in vos gratia prophetarunt. &c. Vide amplius de hac differentia V. & N. T. locum insignem Jerem. 31. 31. & seqq. prout Heb. 8. 6. & seqq. copiosius explicatur. In summa, si comparatio hæc rectè intelligatur, non male tempus illud antiquum, quod sub V. T. fuit tempus Adumbrationis, immò tempus Iræ, & Severitatis; contrà, tempus N. T. tempus perfectionis, item Gratiæ, & Liberalitatis appellari potest.

Eaque quadruplex. Quod totum ut breviter simul & dilucide hîc explicemus, ad 4. capita differentiam hanc universam contrahemus. Quorum 1. erit de gratiæ hujus natura, seu propria qualitate: 2. de ejusdem quantitate, seu copia & mensura donorum: 3. de extensione, vel contractione ejusdem, quoad homines eam reipsa percipientes: 4. denique de adjuncto modo, seu cautione & conditione, cum qua dari solet ipsa hæc gratia.

1. quoad gratiæ qualitatem. De prima res satis aperta est ex suprà dictis: nempe, non de qualicunque dono supernaturali, aut vulgari aliqua DEI gratia; sed de salutifera, & coram DEO nos justificante, hîc sermonem

haberi

habeat: sive eam consideremus ut actualem tantum, & extra nos in DEO repositam, sive etiam ut habitualem, & intra nos apprehensam, seu nobis ipsis inhærentem, &c. Nomen autem & libera soli Christo, & novo fœderi per ipsum sancito, solenniter adscribere, contraque Legi Mosis, seu Vet. Testamento proprie dicto, detrahere, solent. Vide Act. 13. A quibus non potuistis in Lege Mosis justificari, per hunc omnis qui credit justificatur. Sic Heb. 7. Lex non adduxit ad perfectionem, sed introductio melioris spei, &c. Et propterea eadem Lex dicitur inefficax, & inutilis fuisse: videlicet ad hominem justificandum, sive in conscientia coram DEO perficiendum. Sic Gal. 3. Si esset lex data, quæ vivificare posset, vere ex lege esset justitia, &c. Præsupponit autem Apostolus, Legem non vivificare: ut quæ alibi ministerium mortis, & litera occidens, ab eodem appellatur. Vide 2. Cor. 3. Umbram tamen quandam hujus gratiæ in Lege fuisse novimus, puta in variis ablutionibus & sacrificiis illis expiatoriis, quæ futurum Christi sacrificium, vere propitiatorium, & lavacrum illud regenerationis, seu renovationem Spiritus S. jam in Christo nobis re ipsa exhibitam, qua peccata omnia vere perfecteque purgantur, veluti præfigurarunt.

Neque tamen putandum, antiquos Patres simpliciter omni salutifera gratia destitutos fuisse: quippe qui & ipsi veniam peccatorum a DEO per veram fidem, & pœnitentiam, revera obtinuerant, & futuram illam patriam, ad quam nos Christiani aspiramus, etiam ipsi inquisiverant, teste Apostolo Heb. 11. Sed præterquam quod hæc gratia partim obscure, & velut umbratile, partim admodum parce, ac tenuiter (comparative loquendo) suppeditata illis fuit: non etiam ex ipsa Lege Mosis, sed ex antiquo illo gratiæ fœdere, quod DEUS cum Abrahamo, ejusque posteris, solenniter pepigerat (Gen. 17.) quodque totum finaliter in Christum respiciebat, eandem hanc gratiam universam hau-

eunt. Quæ de re vide Apostolum ad Gal. 3. & 4. velut ex professo disserentem. In summa: Nos Christiani plenam & solidam gratiæ salutaris substantiam, in Christo jam reipsa exhibitam, vere habemus: cum umbras tantum ac typos, itē rudimenta & prædia quædam, antiqui patres sub V.T. viderunt. Sic .n. Apostolus 2. Tim. 1. Gratia nobis data est in Christo Jesu ante tempora seculorū: sed manifestata nūc p illustrē apparitionem Domini nostri Jesu Christi, &c. Atq; hæc de primo satis.

2. Quanta quantitas.

Ad secundum, h.e. ad quantitatem gratiæ quod attinet, ea dupliciter hîc consideranda est: puta secundum magnitudinem, simul & multitudinem donorum, quæ per eam nobis liberaliter offeruntur, immo reipsa conferuntur, nisi per nos steterit. Hinc enim maxima amplitudo liberalitatis in viro principe solet æstimari, si nec pauca, nec parva, sed & multa & magna beneficia, subditis suis præstare deprehendatur. Atqui DEUS in Christo & plurima, & maxima, gratiæ suæ dona nobis exhibuit, & quotidie adhuc exhibet: sive ipsa vitæ æternæ promissa (quæ non sine causa ab Apostolo 2. Pet. 1. maxima & preciosa promissa vocantur) sive perfectissima sancte vivendi præcepta, & exempla; sive varia Spiritus S. charismata, tum ordinaria & perpetua, tum extraordinaria & temporaria, tum interna, tum externa: sive denique universam salutis per Christum comparatæ rationem, h.e. universa Christi dicta, facta, passiones, mortem, & gloriam inde consequutam; immo totum Verbi, & Sacramentorum ministerium, ejusq; efficaciam, in hominibus convertendis, illuminandis, cōsolandis &c. animo & cogitatione percurramus. Omnia namq; salutis æternæ præsidia, & adminicula, non modo sufficientia, & necessaria, sed & efficacia, & quoquomodo utilia, per Christū nobis in N.T. copiosissimè suppeditata esse, negare non poterit, qui

modi

pendo integram N. T. historiam, simul & doctrinam, vel mediocriter saltem degustaverit. At sub V. T. res longe aliter sese habuit praesertim si Legem Mosis in se ipsa durius, & per se sumtam inspiciamus: quippe in qua nec aperta & publica salutis aeternae promissa: nec omnino eadem spiritualis vitae praecepta, simul & exempla: nec tam copiosa, tamque efficacia & solida, Spiritus S. charismata: nec eadem porro Verbi, & Sacramentorum energia, seu claritas, & splendor; nec denique complementa earum omnium, quae sub Christo demum, & per Christum praestanda erant, reipsa & perfecte extabant.

De promissis, earumque differentia, vide Heb. 8. ubi Christus Probatio.
praestantioris foederis Mediator appellatur, quod videlicet in praestantioribus promissis sancitum est, &c. De praeceptis, & exemplis, vide tum Matth. 5. & 6. & seqq. & speciatim Joh. 13. & seqq. Ubi etiam lex charitatis, prout a Christo data est, non sine causa novum praeceptum appellatur. De universo ministerio verbi, & consequenter etiam Sacramentorum (quippe quae Verbi appendices sunt) jam ante ex 2. Cor. 3. & 4. satis intelleximus. Denique de complementis earum omnium, quae ad sanciendum N. T. necessaria erant, quaeque perfecte jam in Christo peracta sunt, res ipsa per se loquitur, ut nulla hic probatione opus habeamus. Itaque veteres illi, nobiscum comparati, & pauca & parva gratiae salutaris effecta seu dona spiritualia reipsa habuisse; nos contra cum illis collati, & multa, & magna hujus generis charismata jam habere affirmamur. Hinc enim est, quod ante Christum exhibitum, immo glorificatum, nondum quidem Spiritus S. fuisse dicitur Joh. 7. nempe copiosus ille, sive spiritus adoptionis & gratiae Evangelicae Spiritus, qualis sub Novo Testamento per Christum jam exaltatum effundendus erat, teste Apostolo Petro Actor. 2. ubi scilicet

cap. 2. Quia de causa etiam Servator ipse non semel Apostolis suis ante mortem prædixit, nisi ipse ad Patrem abiret, paracletum illum promissum non venturum. *Joh. 14. & seqq. At postquam ipse abiit, & universum Redemtionis opus reipsa consummavit, ex eo tempore omnia Ecclesiæ membra donis suis ubique cumulatissime complevit: juxta illud Eph. 4.* Ascendit supra omnes Cælos, ut impleret omnia. *Item* Ascendit in altum, & dona dedit hominibus, &c. *Uno verbo: Per Christum solum, & quidem jam in cælo glorificatum, placuit DEO Patri totam piorum universitatem spirituali ac cælesti quadam ratione gubernare, fovere, ornare ac tueri, denique, Spiritum S. copiosè in eos omnes effundere, &c. prout 1. Cor. 12. Eph. 1. & 4. Coloss. 1. Tit. 3. &c. videre licet. Unde maxima jam V. & N. T. differentia, quantum ad gratiæ* ubertatem ac copiam *attinet, evidenter apparet.*

5. Quoad subjectum recipiens. *Sequitur tertium membrum, de* extensione, *seu diffusione hujus gratiæ sub N. T. puta respectu hominum, quibus hæc gratia vel reipsa confertur, vel saltem in Evangelii prædicatione liberaliter, & quidem serio, seu minimè simulatè, à DEO offertur. Ubi etiam ingens utriusque T. discrimen apparet. Nam sub V. T. ordinariè verum erat illud Psal. 147.* Statuta sua patefecit Israeli. Non sic fecit ulli nationi, &c. *Item illud Apostoli Act. 14.* Sivit præcedentibus seculis gentes incedere suis ipsarum viis, *nempe viis ignorantiæ, & incredulitatis &c. Ita ut verè juxta eundem Apostolum ad Eph. 2. dici possit,* gentes in mundo fuisse absque Deo, & sine spe salutis æternæ, &c. *At sub N. T. Evangelium omnibus creaturis, quæ sub cælo sunt, palam annunciatur, Matth. 28. Rom. 10. Et omnibus ubique denunciatur, ut resipiscant, & in Christum credant. Act. 17. Coloss. 1. &c. licet interim non omnibus reipsa (nempe ipsorum vitio, seu propria culpa) efficax Christi gratia contingat. Omni-*

bus

hæc, inquam, ubiq; absq; discrimine sexus, ætatis, cōditionis, nationis &c. *sub sola vera* fidei *conditione (sed quæ veram* pœnitentiam, *seu vitæ correctionem, necessariò includat) universalis & planè gratuita omnium peccatorum remissio, & salus æterna, in Christo totius mundi Servatore, per Evangelium ita proponitur, ut hinc ipsum Servatorem ex sua parte liberalissimum esse, hoc est, pro omnibus ubiq; hominibus sufficienter mortuum esse, & salutem omnium serio expetere, omnesq; oneratos ad se gratiosè vocare, nec quenquam venientem excludere, aut repudiare velle perspicuè doceatur. Vide Matth. 11.* Joh. 3. *& 8. item* 2. Cor. 5. *&* 1. Joh. 2. *& 4. & 1. Tim. 2. & passim.* Unde *jam incredibilis DEI liberalitas, & copiosissima Christi gratiæ sub N. T. intelligi potest, quæ sanè sub V. T. hoc est, sub Lege Mosis, gratiosè ita dicta, nequaquam in hoc sensu comparet: sicut ex collatione locorum jam citatorum apparet.*

Restat quartum *& postremum, de adjuncto* modo, *seu cō-* 4. Quartum ad-
dition*e*, & cautione, *cum qua salutaris hæc gratia sub N. T.* junctum.
dari solet. Ubi *illud initiò tenendum est, omnem salutiferam DEI gratiam, sive sub V. sive sub N. T. datam, omninò* liberaliter *simul & sapienter à DEO dari: & quidem* duplici *restrictione: tum quia ex mera DEI bonitate, & libero beneplacito datur, nec ullis hominum* meritis *propriè debetur, tum etiam, quia naturalem hominū* libertatem *minimè tollit, nec sensum, nec rationem, nec ulla alia naturæ nostræ principia, ullo modo labefactat, ideoq; nec violentam coactionem, nec absolutam aliquam necessitatem, nec aliud denique simile quid, ipsi Naturæ inimicū, hominibus imponit. Interim tanta est gratiæ sub N. T.* efficacitas, *tantaq; promissionum ipsius Evangelii* suavitas, *& tam firma solidaq; earundem in animis hominum piorum* persuasio, *sive per Spiritum S. obsignatio, ut salvo interim manente, tum rationis, tum liberi arbitrii usu, necesse quodammodo sit, homines non*

nes non omnino perversos, directè in hac gratia proponatur, eandem reipsa percipere, & fideles in eadem, jam ritè percepta, constanter perseverare. Nempe, quia per eandem leges divinæ cordibus nostris efficaciter inscribuntur, & Spiritus quidam filiationis, item amoris, ac roboris, per quem DEO firmiter simul & alacriter adhæremus, animis nostris ita instillatur, ut quasi arcanis quibusdam funibus ad Christum suaviter trahamur, & semel in eodem radicati, ac fundati, nunquam ab ipso recedamus: sed virtute DEI, per fidem, ad salutem æternam custodiamur: prout illa passim in S. literis, præsertim Esa. 54. & 59. Jerem. 31. & 32. Ezech. 11. & 36. Joh. 6. Rom. 8. Eph. 1. & 4. item 2. Tim. 1. & 1. Pet. 1. & 1. Joh. 2. & 3. &c. satis apertè traduntur. At talis, & tanta gratia efficacia in sub V. T. nusquam apparet: neq; populus DEI, ordinariè quidem, & communiter loquendo, tam aptiùs ac efficaciùs ad obedientiam DEO præstandam adduci poterat; inò sæpius, crebriusq; à DEO deficiebat: prout universa Mosis, & Prophetarum omnium, historia perspicuè testatur.

Adde, quod sub N. T. universus DEI cultus *planè spiritualis ac moralis est: qui sub V. T. magna ex parte* carnalis, *ac ceremonialis erat; adeoq; magnos sumtus, ac molestias corporales non exiguas, requirebat.* Unde *etiam* jugum Legis importabile *vocatur Act. 15. quum contrà* Christi jugum multis nominibus suave *sit, Matth. 11.*

Conclusio.

In summa: sive ipsam gratiæ salutaris essentiam, *aut propriam* qualitatem; *sive ejusdem* copiam, *&* quantitatem, *sive* amplitudinem *Ecclesiæ Christianæ, cui ipsa offertur, & reipsa confertur; sive* rationem *denique, &* modum, *quo confertur, accuratè perpendamus; omnia hæc in N. T. quidem perfecta, absoluta, solida, excellentissima esse: in V. T. autem exigua, rudia, imperfecta, & tantùm inchoata, seu leviter adumbrata fuisse, deprehendemus. Ut non immeritò tempus N. T. κατ' ἐξ-*

κλ... *tempus*

ipsi tempus perfectionis, seu perfectæ veritatis, & gratiæ appellatur: & jure nos beati prædicemur, qui sub hoc gratiæ, & perfectionis tempore nati, & ad ipsam gratiæ communionem efficaciter vocati sumus. Unde gratiarum actio ad Deum pro tanto beneficio nobis ingenerari debet.

Ad Thesin 26. 27. 28. *Quæ hactenus annotata sunt ad titulum de* Gratia DEI, *ea maximam partem, si modo rem ipsam potius, quam vocabula spectemus, ad* Misericordiæ *quoque attributum referri possunt. In sacris enim literis, ut suprà diximus,* Gratia, & Misericordia DEI *fere prorsus æquipollent: nisi quod illa magis in* donando, *sive in beneficiis, maximè supernaturalibus, hominibus conferendis:* hæc *magis in* condonando, *sive in peccatis, & pœnis, aliisque id genus malis avertendis, & hominibus inde liberandis, occupari videtur. Nam gratia, generatim sumta, etiam erga innocentes, & jam antè mediocriter felices, exerceri potest. Misericordia verò, propriè accepta, miseriam alienam præsupponit: quippe in qua tollenda, aut mitiganda, peculiariter ipsa occupatur.* De misericordia Dei

Atque hoc ipsum est quod Thesi 26. de generali Misericordiæ *descriptione traditur. Ubi simul* Hebræi, & Græci *vocabuli energia duobus exemplis declaratur: quorum* unum *extat 1. Reg. 3. in matre illa vivi pueruli, quem Salomon, ad litem dirimendam, hoc est, veram matrem ex ipso affectu deprehendendam, medium dissecari jusserat. Dicitur enim veræ matris viscera* (Hebr. rachamim) *super filio suo commota fuisse. Id quod inter homines propriè misereri est.* Alterum *est Luc. 7.* Ubi *dicitur Christus super vidua in Naim commotus fuisse misericordia. Quod græcè est ἐσπλαγχνίσθη: à commotione σπλάγχνων, hoc est, viscerum, inter quæ principem locum cor obtinet.* Quid sit.

Quatenus in Deo sit.

Hinc porro Thesi 17. per quandam occupationem docetur, an, & quatenus misericordiæ affectus *in* DEO *locum habeat. Et primò quidem* Stoicorum *paradoxon, affectum hunc (ut cæteros omnes) temerè damnantium, obiter hic repudiatur. Deinde verò* discrimen *quoddam inter divinam, & humanam misericordiam affertur: quòd* illa *videlicet ægritudinem, ac tristitiam omnem, propriè dictam (quippe à perfectione, ac beatitudine* DEI *prorsus alienam) simpliciter excludat: interim seriam nostri curam, & valdè propensum juvandi affectum declaret:* hæc *autem sine animi quadam commotione, ac perturbatione vix exerceri possit. Eodem ferè modo* Thomas Aquinas *part. 1. quæst. 21. artic. 3. rem istam exponit: dum misericordiam non secundum passionis & tristitiæ* affectum, *sed secundum beneficentiæ & liberalitatis* effectum, *per quem nostri defectus expelluntur, in* DEO *residere contendit. Interim* affectus *quidam, in genere dictus (& non solus* effectus*) etiam in* DEO *per vocem Misericordiæ designari videtur, sed qui tamen ab omni humana passione, veráque imperfectione longissimè remotus sit. Nisi enim aliquis* affectus, *hoc est, pronitas & proclivitas quædam miserendi reverà in* DEO *esset,* effectus *ipse, sive externus actus misericordiæ, nunquam ad nos usque demanaret. Itaque plena divinæ misericordiæ circumscriptio* tria *illa gradatim includit, quæ in eadem Thesi exprimuntur: nempe 1. serium & quasi solicitum cordis affectum, de aliena miseria & calamitate sublevanda: 2. realem sive actualem miserorum sublevationem, aut è periculis liberationem sed in genere acceptam: 3. specialem erga homines afflictos, præsertim pios, ob peccata sua sollicitos & anxios, indulgentiam ac facilitatem, & quasi juris sui remissionem. Quanquam, accuratè loquendo, ad duo capita revocari hæc omnia possunt: ad ipsum videlicet miserendi* affectum, *in* DEO *latentem; &* effectum, *foràs sese in creaturis exerentem: & quidē*

experientiam

exercentem dupliciter, puta tum generatim, *in omnibus aliquo modo afflictis, & miseris; tum* specialim, *in hominibus sed maxime piis ac fidelibus: sicut mox utrumq; istarum in sequentibus Thesibus amplius exponitur.*

Hujus autem descriptionis confirmatio è S. literis affertur Thesi 28. ubi Testimonia satis multa citantur in quibus DEUS misericors, clemens, longanimis, *seu* tardus ad iram, *item* pœnitens mali, & patiens erga nos, *&c. esse dicitur: quæ hic verbotenus omnia citare nihil necesse est. Tantum hoc breviter explicitèq; notetur, quod ibidem obscurius, & quasi implicitè traditur, videlicet,* universum salutis nostræ negotium in sola *DEI* misericordia præcipue fundatum esse. *Id quod è re omnibus ejusdem salutis* partibus, *seu mavis* gradibus, *apertè constare potest. Quum enim omnes natura filii iræ simus, quippe peccatores, adeoq; mortui in peccatis; & proinde non indigni tantum æterna & cœlesti felicitate, sed & inepti ex nobis ipsis, ad media & rationes tum per nos excogitandum, tum ab aliis excogitatas amplectendum, quibus ad felicitatem istam perveniatur: ipse DEUS pro divite sua misericordia, non modo* salutē *nobis in Christo Jesu clementissimè præparavit; sed & media, ad eandem consequendam* necessaria, sufficientia, effica- cia, *liberalissimè procuravit, & adhuc continuè procurat, donec reipsa tandem ac perfectè nos illius in cœlo participes efficiat. Ita ut non modo* electio *nostri, seu* prædestinatio *ad vitam æternam; sed &* vocatio *ad salutem in Christo obtinendam; éaq; duplex, tum externa, tum interna; item* justificatio, & sanctificatio, *denique* glorificatio: *immò tota salutis æternæ in Christo præparatio, simul & dispensatio, pure DEI misericordiæ, & gratiæ, in solidum accepta ferenda sit. Vide Eph. 2.* Deus, qui dives est misericordia, nos in peccatis mortuos vivificavit in Christo, *&c. Tit. 3.* Ex misericordia sua salvos nos

Misericordia Dei, fundamentum salutis.

fecit, per lavacrum regenerationis, &c. 2. Tim. 1. Servavit nos, & vocavit vocatione sancta, secundum propositum & gratiam suam, quæ data est nobis in Christo Jesu, ante tempora secularia, &c. *Cujus doctrinæ usus, ac necessitas in Articulo Electionis, & Justificationis, &c. clare perspicitur, prout alibi pluribus exponetur.*

Oppositio Misericordiæ divinæ.

Ad Thesin 29. & 30. *Contraria juxta se posita clarius elucescunt. Itaque natura* Misericordiæ *divinæ ex* Antithetis *satis amplum hic declaratur. Sunt autem hæc antitheta partim vera, quæ Thesi 29. proponuntur, partim* apparentia *tantum, de quibus Thesi 30. disseritur. Veræ enim misericordiæ, seu clementiæ, & liberali gratiæ prorsus & veluti e diametro adversantur* crudelitas, & ἀσπλαγχνία: *quippe quæ affectum, simul & effectum, misericordiæ plane contrarios, sua natura declarant: quum* utraque *per se nihil aliud sit, quam immitis & ferus, seu crudus ac barbarus quidam habitus animi, prorsus atrox & impotens, nec alterius miseriæ quidquam condolentis, sed eadem potius sese oblectantis, atque eandem & cupide & inique procurantis, &c. Has igitur* utramque *feritatem ab optimo illo* DEO, *qui* dives misericordia *esse dicitur (Eph. 2.) quique* pater misericordiarum *in S. literis appellatur (2. Cor. 1.) quam longissime relegari oportet: quum nulla ratione fieri possit, ut vel natura DEI aliquatenus immutetur, vel contrarium ejus, quod DEO naturaliter inest, aliquando locum in ipso inveniat. Itaque objectiones istæ, quæ Thesi 29. affirmantur*, de risu & gaudio DEI in perditione impiorum, *&c. non proprie & simpliciter, ut sonant, accipiendæ, sed improprie & comparative, puta per metaphoram quandam, ab hominibus iræ et vindictæ indulgentibus desumtam, commode declarandæ sunt: sicut ex ipsis Scripturæ locis ibidem citatis, cuivis animadvertere promtum est: quippe in quibus severitas tantum, & vehementia quædam, divinæ*

justitiæ

iustissimaque animadversionis adversus impios paenitere nescios, per ἀν-θρωποπάθειαν quandam quasi depingitur.

Atque hinc sententia secundae *antitheseos, quae in Thesi 10. extat, quaeque verbalis potius quam realis est, aperte satis intelligi potest. Quamvis enim* justitia *vulgo* misericordiae *opponitur (v. gr. cum forte in precibus oramus, ut Deus secundum misericordiam, non secundum justitiam suam, nobiscum agat, &c.) nam sensu* misericordiae *nomine proprie ipsam naturalem DEI benignitatem, ac proclivem miserendi affectum, nec* justitiae *vocabulo, ipsam naturalem DEI rectitudinem, & perpetuam aequitatem: sed* illic *quidem liberam DEI beneficentiam, seu actualem & quasi externam clementiam & gratiam, in Evangelio patefactam; hic vero severitatem DEI iram, & vindictam, qua interdum adversus improbos uti solet, quaque juste adversus omnes peccatores uti posset, intelligere omnino debemus: quemadmodum dicta Scripturae, ibidem allegata, non obscure demonstrant. Sed haec* posterior *Antithesis ex sequente disputatione, de* Justitia *DEI, plenius innotescet. Nunc satis sit, obiter ostendisse, nihil earum, quae vera & essentiali misericordiae, h. e. naturali benignitati, seu liberalitati & munificentiae, item internae gratiae & clementiae DEI, revera & per se contraria sunt, ullum in DEO locum reperire unquam posse: ac proinde DEUM sua natura vere misericordem ac clementem, seu facilem ac proclivem ad miseros juvandum, &c. tam revera esse, tam summo jure appellari a nobis quoque debere: sic tamen, ut haec ipsius misericordia non omnem omnino severitatem, sive iram & vindictam (de qua suo loco plura) nedum veram aliquam justitiam, & aequitatem, ab eodem penitus excludat.* Hypallage

Ad Thesin *11. 12. 13. 14. 15. In his Thesibus* divisiones *aliquot divinae Misericordiae quasi per gradus quosdam proponuntur, ad amplitudinem & ubertatem ejusdem plenius declarandam.* Species Misericordiae.

1\. Primùm enim generalis quædam seu communis DEI misericordia in S. Scriptura prædicatur, qua non tantùm hominibus, sed & bestiis, in aliqua miseria constitutis, puta esurientibus, sitientibus, periclitantibus, ægrotantibus, &c. ordinariè subvenire solet: quemadmodum dicta Scripturæ Thesi 3. citata, perspicuè testantur. Atque huc nominatim ea Scripturæ loca omnia referri possunt, quæ pauperes, exules, captivos, ægrotos, viduas, pupillos, & alias id genus miserabiles personas, licet interdum à vera fide & pietate alienas, DEO præ cæteris curæ & cordi esse, ac proinde nobis easdem similiter curandas & fovendas, non autem amplius affligendas esse, copiosè demonstrant. Vide Exodi 22 & 23. Levit. 19. Deut. 24 &c. Addimus tamen, hanc DEI misericordiam omnibus creaturis, sed afflictione aliqua laborantibus, aut periclitantibus, in hac vita ordinariè subvenire: quia interdum effectus suos ipsa cohibet, & quasi extraordinariè locum cedit iræ ac severitati divinæ. V. gr. cùm DEUS in diluvio bestias simul & homines omnes, paucissimis exceptis, severo quidem, sed justo judicio, penitus delevit. Item cùm cives omnes Sodomæ & Gomorrhæ, unà cum pueris & bestiis disperdidit. Denique quum similia judicia adversus Ægyptios, & incolas terræ Canaan, immò interdum adversus populum suum, iratus exercuit, &c. Sic enim misericors est DEUS in omnibus operibus suis (Psal. 145.) ut simul tamen justus & æquus, item prudens & sapiens, atque esse perseveret. Quare quando ratio aut justitiæ, aut sapientiæ divinæ postulat, ut misera creatura in miseria sua relinquantur, aut ut impii, felices ad tempus existentes, in eandem conjiciantur: affectus quidem internus generalis misericordiæ in DEO integer manet: effectus tamen externus hactenus omittitur, quatenus divinæ æquitati & providentiæ consentaneum videtur.

Cautio.

2\. Deinde celebratur in Scripturis specialis quædam DEI

misericor-

misericordia, in Christo Servatore erga genus humanum ostensa, per quam scilicet, omnibus hominibus, licet antehac impiis esse ac flagitiosis, si modo in Christum Servatorem vere tandem credant, plenaria remissio peccatorum, & salus æterna sic proponitur, ut nisi per ipsius fidem, ab æterna morte servari, contraq; salutem æternam adipisci possint. Atq; hæc iterum duplex est. Una potius, sive ordinaria, & quasi debita, quippe certa promissionis verbo alligata: per quam omnes revera credentes, ac resipiscentes, ab omni peccatorum reatu eximuntur, & hæredes regni cœlestis constituuntur. 3.
Altera extraordinaria, rarius; insolita, nec ullo promissionis jure debita: per quam aliqui peccatores, nondum credentes, aut resipiscentes, ita præveniuntur, ut non modo salus, ac venia gratuita, una cum sufficientibus credendi mediis, &c. ipsis offeratur: sed & ipsi singulari ac potenti quadam ratione a peccatis ad fidem & justitiam convertantur. Ita ut posterior hæc ad priorem illam comparata, vel immerito non, specialis, imo singularis quadam misericordia, vocari possit. 4.

Hinc porro datur intelligi, cur passim in N. T. misericordia DEI, quæ præsertim gentibus ad salutem illuxit, tantopere prædicetur. Nempe, quia non modo plenam gratuitamq; omnium peccatorum condonationem, sub conditione veræ pœnitentiæ, & fidei in Christum, omnibus ubiq; gentibus liberalissime proponit, sed & ipsam hanc pœnitentiæ, ac fidei conditionem, per efficacem appositamq; Evangelii prædicationem, & singularem multiplicemq; Spiritus S. virtutem, in gentibus antea profanis, prorsusq; a DEO alienis, potenter operatur: juxta illud Esa. 65. Inventus sum ab iis, qui me non quærebant, &c. *Unde gentes conditionem suam priorem cum humilitate semper recognoscere, nec de meritis aut dignitate sua quidquam superbe præsumere, sed contra potius pro misericordia hac Deum celebrare merito jubentur Rom. 11. & 15. item Ephes. 2. &c. Porro quia* 5

iisdem ostium fidei nonnisi per Judæorum incredulitatem apertum fuit, idcirco per Judæorum lapsum misericordiam verificata esse dicuntur Rom. 11. Unde etiam Judæos, non contumeliose insultare, sed honorare potius, & propter Patres amare, iisdem jubentur. In summa: etsi misericordia hæc Judæis pariter & gentibus in Evangelio iam olim oblata fuit, in illis tamen non eandem, quam in istis (sed solâ hominum culpâ) efficaciam reipsa exseruit.

[illegible]randa. Unde tam amplius epitheta illa de vasis misericordiæ & vasis iræ (Rom. 9.) ad solatium piorum, & terrorem impiorum, declarari possunt: ita videlicet, ut utrique bene discant, universam hominum salutem in una gratuita DEI misericordia plane consistere: juxta illud Rom. 9. Non est volentis, nec currentis, sed miserentis DEI, &c. interim tamen hanc misericordiam cum æquitate & sapientia DEI sic conjunctam esse, ut incredulis & rebellantibus, quatenus & quamdiu tales sunt, reipsa minime contingat: ut proinde illi quidem in inchoato pietatis curriculo, auctore & adjutore DEO, strenue pergant, certo persuasi si id fecerint, se per DEI misericordiam ad optatam salutis æternæ metam omnino perventuros esse. Hi vero tempestive peccatis & impietati renuncient, & DEI gratiã in Christo amplectantur, ut vasa misericordiæ effecti, severam DEI iram, omnibus incredulis impiisque destinatam, effugere aliquo modo possint. Neque hic vel illos ad præsumtionem, aut carnalem securitatem, vel istos ad desperationem, ut secundum impellere debet, quod illi vasa misericordiæ & gloriæ, hi vasa iræ, ab Apostolo Rom. 9. appellentur quasi propterea vel illi nulla ratione degenerare, seduloque & vindictam DEI incurrere: vel isti nullo plane pacto resipiscere, aut peccatis renunciare possint, &c. Nam idem Apostolus Rom. 11 aliter de utrisque statuendum esse, non obscure docet: quatenus utrosque, absolute loquendo, in suo

statu

ſi eam immutari poſſe affirmat: cùm nec illis ſalutem, niſi ſub cõditione perſeverantiæ in vera fide, promittendam eſſe; nec iſtis exitium, niſi quatenus increduli & impœnitentes eſſe pergunt, adjudicandum eſſe, perſpicuè demonſtrat. Vide ſuprà num. 22. & ſeqq. ubi de benignitate & ſeveritate DEI agitur.

Nemo igitur ob magnitudinem, multitudinémve ſuorum peccatorum de ſalute unquam deſperet: quaſi quibus delendis, aut condonandis, divina miſericordia, in Chriſto promiſſa, non ſufficiat. Nemo de vera pœnitentia agenda, atq; fide in Chriſtum conſequenda, aut recuperanda, ſpem omnem abjiciat, aut ſtudiũ pietatis unquam remittat: quaſi videlicet per defectum miſericordiæ divinæ hæc aſſequi ſimpliciter non poſſit. Nemo viciſſim de miſericordia, & gratia DEI, licet ad tempus jam efficaciter percepta, carnali ſecuritate ſic præſumat, quaſi nullo unquã tempore, nulláq; ratione, uſum fructúmq; ejus amittere, aut ab eadem excidere poſſit. Nemo denique, divinam miſericordiam cũ ulla vel minima imperfectione, aut infirmitate, nedum cum vera iniquitate, aut impotentia, aut quavis alia vitioſitate, conjũctam eſſe, ſibi perſuadeat. Sed contrà potiùs omnes, & ſinguli, optima & ſumma quæq; ſive perfectiſſima, & DEO digniſſima, eidem miſericordiæ attribuamus, h. e. amplitudinem immenſam, efficaciam ſummam, æquitatem maximam, rationẽ inexplicabilem, & ſapientiam incomprehenſibilem, &c. Ita fiet, ut univerſam ejus alias non facilè in vanum; contráq; ad conſolationẽ, correctionem, & inſtitutionem multiplicem, tam noſtri ipſorũ, tam aliorum, feliciter eandem referamus. De quo paulò poſt iterum agetur. Tertium.

Ad Theſin 26. Etſi miſericordia quadam ſenſu ſuprà ſatis expoſito, planè DEO naturalis eſt; nec proinde ullo unquam tempore ab eodem ſeparari poteſt; non malè tamen hæc ipſa, in Decima Miſericordiæ ſpecies.

latè ad nos considerata, hoc est, effectus certa energia, seu specialis cuiusdam operationis, quam in nobis, dum hic vivimus, reipsa exserit, certo quidem temporis spatio circumscribitur. Affectus quidem misericordiæ æternus semper in DEO locum habet. Sed effectus ille specialis, & externus, tantisper reipsa durat, quantisper obiecta, simul & subiecta, idonea præsto sunt, circa quæ affectus ille efficaciter occupetur, & in quibus effectus ille reipsa recipiatur. Id quod æquitati, simul & sapientiæ divinæ per omnia consentaneum est, ne videlicet misericordia Dei alioquin cæca, hoc est, insipiens sive irrationalis, & iniqua esse videatur. Si enim perpetua quædam esset peccatorum ad pœnas condemnatio, & hominum à peccatis ad iustitiam conversio: tũ & misericordia ipsa paulatim vilesceret, & iustitia DEI tandẽ periclitaretur, & ratio divinæ benignitatis non satis appareret; immò etiam perpetuò ipsa peccata, eorũq; reatum vigere necesse esset. Id quod tum aliis sapientissimis DEI decretis, & operibus, tum speciatim immutabili beatissimæq; futuri seculi conditioni, velut è diametro repugnaret.

Positiva probatur, contra Origenem.

Unde *profanum illud verèq; Ethnicum* Origenis *delirium aperte refellitur, quo non tantum omnes omninò peccatores, sive homines, sive dæmones, post exhausta multorum seculorum supplicia, tandem ex summa DEI misericordia, ad salutem æternam perventuros esse; sed & beatissimos spiritus, quos tam olim simul omnes à DEO creatos esse putavit, subinde in peccata prolabi, atq; hoc de causa in impura corpora detrudi; & rursus inde, per varias expiationes, ac pœnarum perpessiones, à clementissimo DEO liberari solere, post* Platonem *& alios tradidisse fertur. Hoc enim delirium omnibus illis S. Scripturæ locis confutatur, quæ de iudicio extremo, deq; vita simul & morte æterna sic disserunt, ut beatos quidem à peccatis, & ira DEI deinceps in æternum immunes futuros; damnatos autem à conspectu & gratia DEI per-*

petuò

penitùs repellendas esse, clarissimè affirment. Vide obiter Matth. 24. & 25. item 2. Thess. 1. & 2. Apocal. 14. & 20. &c. de quo aliàs uberius.

Porrò quum in eadem Scriptura de hac ipsa misericordia non obscurè doceatur, eam in hac tantùm vita, per fidem & pœnitentiam, ita impetrari sive acquiri posse, ut fructum ejus salutarë, puta plenum & perfectum, in extremo die percipiamus; juxta illud 2. Tim. 1. Det ei Dominus, ut inveniat misericordiā in die illa. &c. *hinc facilè intelligi potest, etiam inanem falsamque esse* Pontificiorum *opinionem, de purgatione animarū separatarum, per supplicium ignis cujusdā infernalis, &c. Nulla enim spiritualis purgatio, seu peccatorum condonatio, absq; fide & pœnitentia unquàm obtinetur juxta illud solenne Christi & Apostolorum pronunciatum, Matth. 3. & Act. 2. & 3. &c.* Credite Euangelio, & Resipiscite, ut deleantur peccata vestra, *&c. At nulla fides, aut pœnitentia, post mortem à nobis haberi, vel exerceri potest tunc, quia S. litera idipsum satis apertè testantur, quæ tèr eundem pietati & fidei, quem vitæ nostræ, finem constituunt, h.e. quæ tèr hīc laboris & certaminis, illic coronæ & præmii tempus esse affirmant; Luc. 16. Rom. 2. Gal. 6. &c.) tum quia sana ratio tantùm non clamat, actiones & passiones humanas non hujus, vel illius partis seorsim acceptæ, & per totius compositi dissolutionem ab alia separatæ, sed ipsius compositi, sive integri hominis (qualis certè mortuus nullus est) tanquam adæquati subjecti, proprias esse.*

Adde, quod justitiæ, *simul &* misericordiæ *divinæ contrarium est, pro peccatis, ab integro homine admissis, jamq; per fidem in Christum expiatis, satisfactionem aliquam ab ipso homine, vel eadem ab anima separata, postulare: quum nec duplex satisfactio pro eodem debito justè unquàm flagitari, nec quod à toto composito perfectum est, id parti seorsim existenti rectè imputari*

Secunda confirmatio, Pontificiorum

possit: nec denique vera gratis, verique misericors condonatio, dici queat, ubi vera aliqua pro debito satisfactio a debitore ipsa exigitur. Ne jam dicamus, ignem materialem in animas, hoc est, substantias spirituales, agere non posse: quum nulla hic agentis & patientis proportio, nullusque contactus mutuus appareat, &c. Qui plura de hac quaestione desiderant, Hieron. Zanchium, in primo hujus attributi capite de ea disserentem, legant. Ubi & praecipuas Pontificiorum objectiones, tum ex Scripturis, tum ex Patribus pro Purgatorio afferri solitas, satis exacte refutatas invenient. Et tantum de Misericordia DEI speciali.

Usus & abusus doctrinae.

Ad Thesin 77. & sequentes usque ad finem. De hoc totius doctrinae usu, vel abusu, Musculus & Zanchius inter alios, satis accurate scripserunt. Unde & nos summa rerum capita excerpsimus, sed citra scrupulosam perfectae methodi observationem. Alioqui speciales doctrinae usus, simul & abusus, aliquanto plenius et dilucidius disponi potuissent: eodem videlicet, quo ipsa genera & species, seu mavis gradus, divinae bonitatis, ac benignitatis, itemque gratiae, & misericordiae, superius inter se digessimus. Sed in ordine parum situm est, dummodo res teneantur. Usus igitur hujus attributi generatim in eo consistit, ut variis animorum morbis, qui ex illius vel ignorantia, vel sinistra intelligentia, vel denique oblivione, oriri solent, salutarem medicinam praestet. Ignorantiae autem, quae necessario contemtum parit, medetur ipsa vera & certa rei propositae declaratio: prout summatim in Thesibus superioribus extat. Idem fere de prava intelligentia in genere statuendum est: cujus diversis speciebus, ac gradibus, opponendae sunt totidem speciales hujus Attributi sectiones de variis divinae bonitatis speciebus, ac gradibus. Oblivioni vero crebra hujus materiae lectio, ac meditatio, cum Eucharistica variorum exemplorum recensione, facile medebitur. Atque haec pia exercitatio tandem hoc praestabit, ut non modo fidem & spem

nostram

nostram hinc alamus, neq; nunquam de gratia & misericordia DEI, in Christo exhibita, desperemus; sed & gratos vicissim erga DEUM, tam benignum & gratiosum, nos ostendamus: nec tantum patienter impositam à clementissimo DEO crucē feramus, sed & superbiam omnem in negotio salutis, h. e. inanem propriorum meritorum fiduciam, deponamus: atq; praeterea naturam optimi benignissimiq; Patris, in exercenda erga proximum misericordia, & condonandis alterius injuriis, studiosè imitemur: deniq; ut omnes divinae bonitatis, gratiae & misericordiae spectus, reverenter & digno modo omnibus assumemus: neq; veram poenitentiam in tempore agamus, quo specialis illius misericordiae, per quam omnia peccata omnibus & solis in Christum credentibus benignè condonantur, reipsa participes evadamus. In hoc studio si toti fuerimus, etiamsi forte nedum omnes hujus loci quaestiones subtiliter explicare possimus, saltem ab omni pernicioso hujus attributi abusu plane tuti atq; immunes erimus, h. e. nullam unquam hinc lasciviendi, aut securè peccandi, sed contra multiplicem piè sanctèq; vivendi occasionem petemus, &c. Qua quidem meditatione simul & praxi, nulla hominibus utilior, aut salutarior esse potest, quum per eam vera in Christum fides, veraq; in Deum & proximum charitas, tum vera crucis Christi tolerantia, & pia salutis procurandae sollicitudine, vehementer augeatur ac confirmetur. Atq; haec de Attributo isto sufficiant.

Notæ ad Disputationem Nonam,

De Justitia & Veritate DEI.

Laus justitiæ divinæ.

AD Thesin 1. *Quod Aristoteles in Ethicis (lib. 5. cap. 1.) item* Cicero *in Officiis (lib. 1.) aliiq; Scriptores Ethici, de* humana *justitia generatim pronunciant, eã inter omnes virtutes, non secus ac Luciferum, aut Solem aliquem inter omnes stellas splendidissimè refulgere: idem nos* de Justitia *DEI, cæteris specialibus ejusdem virtutibus, seu proprietatibus collata, non immeritò affirmare possumus. Nam tametsi omnia in DEO summa & perfectissima sint, puta,* potentia, scientia, bonitas, misericordia, *&c. quippe pariter ipsi DEO essentialia, & coæterna, eâq; immensa & inexhausta: si tamen externam singulorum DEI attributorum energiam, & multiplicem in rebus creatis, præsertim humanis, usum ac necessitatem spectemus, et exemplis in universo hoc choro illustrium, nihil itaq; utilius ac salutarius, attributum divinum, quàm justitia DEI sit, inveniri posse, haud ægrè assentiemur: præsertim si ipsam totam, sive integram justitiam, cum omnibus speciebus, ac partibus suis, animo contemplemur. Hinc enim, summam in omnibus DEI verbis & factis, item decretis ac judiciis æquitatem, & rectitudinem inesse; contráq; iniquitatem, sive injuriam, & pravitatẽ omnem ab iisdem necessariò abesse, firmiter concludimus. Hinc perpetuam in omnibus ejusdem dictis, factisq; constantiam, fidẽ ac veritatem, hærere intelligimus; nec ullam vel minimam hypocrisin, seu falsitatem, & levitatem, in iis locum habere posse, certissimè nobis persuademus. Hinc fiducia erga divina promissa, & beneficia in nobis alitur, atq; augetur. Hinc judicia DEI, quantumvis ardua, & nobis incomprehensibilia, humiliter à*

nobis

nobis pro sanctis & inculpatis adoramur. Hinc nascitur quidam religiosus, seu timor sanctus erga DEUM: At in animis nostris excitatur, ac confirmatur. Hinc denique multiplex DEI gloria, ex una quidem parte, clarissime elucescit: ex altera vero, fervidum pietatis studium hominibus efficacissime ingeneratur: prout infra plenius in usu totius doctrinæ apparebit.

Itaque magna cum attentione, piaque devotione, hoc ipsum DEI attributum, non ex incertis hominum commentariis, sed ex ipso veritatis fonte, h. e. ex solo DEI verbo (nam extra hoc ratio humana in his rebus ubique cæcutit) juxta seriem harum Thesium, deinceps nobis considerandum est. Cui rei gratiam & successum det ipse DEUS. Amen.

Cæterum in hac prima Thesi hoc potissimum agitur, ut ea demum ratio paucis significetur, quæ ex ipsa vocabulorum simul & rerum, quæ tum in hac, tum in superiore Disputatione occurrunt, affinitate seu cognatione, satis intelligi potest. Nam & Justitiæ vox in S. literis sæpe pro bonitate, seu misericordia & benignitate, usurpatur. Et res ipsa, huic voci propriè subjecta, divinæ bonitatis, ampliter acceptæ, species seu portio quædam præcipua censenda est. Nec ulla denique vera bonitas, seu benignitas ac gratia, sine justitia & æquitate constare potest. Nec vicissim ulla vera justitia sine respectu bonitatis, h. e. honestatis, aut veræ utilitatis, &c. exerceri unquam potest. Unde jam Tertulliani dictum illud, in thesi citatum, amplius innotescit: in quo Justitia eatenus species Bonitatis dicitur, quatenus hæc latè sumitur, illa verò strictè accipitur: h. e. quatenus illa quidem specialem prærogativam suum cuique tribuendi significat; ista verò generatim pro universali quadam, sive relata, sive absoluta DEI perfectione usurpatur: per quam præsertim aliis benefacit: prout etiam injustitia species malitiæ, seu vitii, meritò censetur. Sed eadem Justitia tutela ac custodia Bonitatis est, quatenus hæc propriè benignitatem,

De justitiæ [illegible]

benignitatem, seu beneficentiam significat, quæ nisi justè dispensetur, & quasi sapientiæ lance expendatur, seu rectæ rationis lege circumscribatur, vera benignitas non erit: sicut ex infrà dicendis apertiùs ista constabunt.

Expositio homonymiæ.

Ad Thesin 2. & 3. Propriè *dicitur illa* DEI *justitia, per quam ipse Deus in sese justus est: videlicet ut generatim per qualitatem aliquis dicitur qualis.* Impropriè *dicitur justitia* DEI, *illud* DEI *opus, in quo justitia eius maximè refulget, h.e. æquitas in factis, & fidelitas in verbis. His enim duabus partibus omnis vera* DEI *justitia præcipuè continetur. Tale autem opus inter alia illustrissimum est,* Justificatio *hominis peccatoris, sed resipiscentis, & in Christum credentis: quippe in quo utraque justitiæ species, jam modò dicta, quàm maximè refulget. Nam & divinæ* bonitati *seu clementiæ ac liberalitati consentaneum, ac proinde coram* DEO *æquum ac justum est, ut miser peccator, ex animo resipiscens, & ad Thronum gratiæ, hoc est, ad Christum vera fide confugiens, delictorum suorum veniam apud Deũ impetret. Et rursum divinæ* veritate ac constantia *dignum est, ut veniam & salutem, in Christo liberaliter omnibus credentibus promissam, adeòque sanguine & morte Christi confirmatam, solenniterque sancitam, iisdem quibus aliquatenus jam debetur, reipsa impertiat, & sic promissa sua fideliter adimpleat.*

De utraque specie.

Porrò sive hic metonymiam causæ, *sive* effecti, *sive denique* subjecti, *pro diversa explicandi ratione, statuamus, dummodo rem ipsam solidè tradamus, in eo parum scrupulosos nos esse convenit. Apparet tamen, hic geminam esse metonymiam, partim* causæ, *partim* subjecti. Causæ *quidem quatenus hoc gratuitæ* Justificationis *opus à vera & integra* DEI *justitia, tanquam à proxima & immediata causa, proficiscitur. Idcirco enim Deus credentes justificat, quia undiquaque justus, hoc est, bonus simul & fidelis est: juxta illud* Rom. 3. Justificantur gratis, per re-

demptio-

demtionem Christi, & ad ostensionem justitiæ ipsius, juxta illud 1. Joh. 1. Ipse iustus & fidelis est, ut remittat nobis peccata &c. Subjecti verò, quatenus in hoc ipso effectu tanquam in speculo quodam, clarissima divinæ justitiæ signa elucēt, atque tanquam proprio subjecto inhærent; sicut ex textu ipso manifestum evadit. Eadem ratio videtur appellationis in vocabulis Potentiæ & Sapientiæ DEI, cùm ad significandum Evangelium accommodantur; prout in Thesi 5. declaratur. Quanquam alii hæc aliter intelligunt, quibus nihil hîc præjudicatum volumus. Nam & hæc pars quædam Christianæ, quæ divinam imitari debet, justitiæ esse videtur, ut omnium sententiæ sine contumelia audiantur, & tantum fidei unusquisque in rebus sacris obtineat, quantum firmis rationibus, ex ipso DEI verbo desumtis, conciliare sibi potest. Videantur interpretes ad loca citata Rom. 1. & 1. Cor. 1. &c.

Ad Thesin 4. & 5. Etsi Aristoteles generatim in Ethicis Natura justitiæ in genere.
lib. 5 c. 3. & seqq. aliquoties docet, omnem justitiæ actum esse ad alterum: non tamen id propriè simpliciterque verum esse, sed per excellentiam tantùm, seu comparativè intelligendū videtur, ut videlicet actus justitiæ principalis ex alios spectet. Nā simpliciter etiam erga nos ipsos tum justi, tum injusti, sive injurii esse possumus. Sic DEUS etiam sibi ipsi tribuit suum, h. e. cōvenientem sibi respectum & æstimationem, puta amorem, honorem, dignitatem, &c. Et hæc definitio amplius infra Thesi 12. explicatur: ubi etiam duplex ratio divinæ justitiæ, altera ad Deum, altera ad extra respiciens, obiter exponitur. Nunc notasse satis sit, nomine divinæ justitiæ intelligendam esse eminentem illam æquitatem seu congruentiam divinæ naturæ, per quā fit, ut Deus in omni actione sua, tam interna & naturali, quam externa & voluntaria, seu præsentia, semper prorsus atque immutabiliter se gerat, & suum unicuique, h. e. tam sibi ipsi, tum creaturæ

suis summa cum ratione tribuat. Interim fatendum est, quod speciatim iustitiae nomen, atque energiam, ad alios uti plurimum referre, & DEUM Mediatoris potissimum in S. Scriptura iustum, rectum, perfectum, &c. (Hebraice tzaddick, Jaschar, Thamim, *&c.) appellari, quia erga creaturas praesertim Angelos, & homines, aequitatem & rectitudinem in omnibus decretis ac iudiciis suis, item fidem ac veritatem in promissis ac pactis suis, perpetuo exercet: prout ex locis Thesi 5 citatis apparet.*

Quomodo necessitas iustitiae cum libertate arbitrii divini.

Ad Thesin 6 & 7. *Quia DEUS nihil praeter, aut contra voluntatem suam agit, aut agere potest, idcirco quoties aliquid vel extra, vel foris agit, toties necesse est, ex praescripto suarum proprietatum agat. Non tamen idcirco foris ex naturae necessitate agere putandus est: quia illa necessitas in hoc actionum genere, non tam ad specialem agendi modum, seu* specificationem *huius vel illius actionis, quam ad ipsum in genere* exercitium, *se extendit: h.e. non constringit DEUM, ut necessario quidquam extra se agatur: sed hoc tantum exigit, ut DEUS, si quid extra se quicquam agere velit, id nisi ex iustitiae lege, h.e. iuste & irreprehensibiliter agat. Quare etiam* specificatio *ipsa, quam Scholastici sic vocant, cum ampliatione quadam intelligenda est: h.e. non ad certam huius, vel illius operis speciem, tanquam necessario producendi, praecise restringenda, sed generaliter ad alteram moralium actionum classem (puta earum, quae* iustae *dicuntur, quaeque* iniustis *actionibus in genere opponuntur) extendenda est. Multa namque* specialia *DEI opera sunt, quorum contraria non minus iuste, quam ipsa, destinari a DEO possent: quippe quae sub latitudine divinae potestatis, & arbitrii eiusdem libertate, sic constituta sunt, ut sola DEI voluntas in iisdem pro iustitiae regula merito habenda sit. In summa:* Necessitas *iustitiae sic in DEO agnoscenda est, ut* libertas *arbitrii tamen, & absoluta in omnes omnino creaturas* potestas, *eidem minime denegetur.*

Unde

Unde, jam alterum paradoxum, thesi 7. expressum, clarius intelligi potest. Quum enim DEUS per naturam justus sit, nec contra naturam suam quidquam agere, h. e. seipsum abnegare, ulla ratione possit: omnino consequitur, nullam vel minimam injustitiæ speciem in ullo ipsius decreto, vel opere, h. e. verbo vel facto, inveniri posse: nisi contrarias in ipso qualitates, seu proprietates naturales, statuere velimus. Id quod vel cogitare nefas est: quum & simplicitati, seu spiritualitati, & absolutæ immutabilitati, item æternitati, denique perfectissimæ bonitati, ac beatitati divinæ, planè repugnet: prout jam ante Disputatione III. copiosius ostendimus: unde plura huc transferri possunt. Sed in re clara nihil opus est [illegible].

Nulli injustitiæ species Deo adhæret ulla.

Ad Thesin 8. 9. 10. Quum DEUS in seipso planè perfectus ac beatus sit, nec quenquam parem, nedum superiorem agnoscat, nec proinde cuiquam Superiori ulla ratione subjectus sit, oportet ejus justitiam ab omni imperfectione ac subjectione prorsus esse immunem. Unde porrò consequitur, eas humanæ justitiæ species, quæ Thesi 9. exprimuntur, utpote cum subjectione, aut indigentia, simulque aliqua imperfectione, necessariò conjunctas, puta Obedientiam, Reverentiam, Gratitudinem, &c. simpliciter à DEO removendas esse. Obedientia enim, quum sit executio mandati à superiore propositi, necessariò ipsum obedientem sub imperio superioris alicujus constitutum esse arguit. Similiter Observantia seu Reverentia, eum ipsum, cui aliquid adscribitur, humilioris conditionis esse, quàm alterum, qui honore isto afficitur, manifestissimè declarat. Sic gratitudo, quum in accepti beneficii agnitione, & compensatione consistat, omnino indigentiam aliquam in eo, qui alterum erga se beneficum recognoscit, ac proinde imperfectionem ac defectum aliquem, præsupponit. Eadem porrò ratio est Satisfactionis, seu Solutionis, ac pœnarum luitionis propriè dictæ: ut quæ & ipsa præcedentem

Imperfectionis species omnis à Deo removenda.

aliquam rationem ac conditionem, aut contractum quendam aequipollentem, exigatur alicujus judicium, per ipsam naturae attendit. Siquid igitur hujus generis in Scriptura alicubi DEO tribuitur, id per metaphoram, aut tropum aliquem similem, ad propositi convenientiam (ut multa alia) dextrè intelligendum est. Quando enim v. gr. DEUS mutuò vel etiam appellatur debitor, quòdq; passim retribuere dicitur omnibus, juxta opera eorum, Psal. 62. Rom. 2. & c. tamen veram aliquam pretii absoluti debiti solutionem, aut praebendi debitam satisfactionem significat, quasi ipse DEUS nobis vere obligatus sit ex operibus nostris, vel ex aliqua re à nobis profecta propria natura: sed tantùm decentem & congruam nostri tractationem, ex prava positione, h. e. promissione vel comminatione DEI profectam, simpliciter declarat. Idem de aliis id genus locutionibus, seu figuratis phrasibus, observandum est. Vide infrà de Justitia Commutativa.

Divisio justitiae divinae.

Ad Thesin 11. & 12. & 13. & 14. Haec distributio divinae justitiae non parum facit ad amplitudinem, vel immensitatem potius, hujus Attributi plenius intelligendam. Ubi antè omnia notandum est, generalem justitiam hoc loco non nimis late, pro universa natura divina perfectione, sed pro ea tantùm energetica qualitate, quae decentiam & rectitudinem in agendo praescribit, accipiendam esse. Alioqui nullum penè discrimen inter hanc DEI justitiam, & caeteras omnes ejusdem proprietates, animadverti posset. Generalis igitur DEI justitia est quaedam ipsius in agendo rectitudo & justitia ratione ipsius in genere est, quod quid est iniquum. Externam inquam, DEUS in genere justus est, quatenus suae Legi in agendo respondet, videlicet suae ipsius naturae, vel sibi ipsi quia ipse sibi lex est: quam etiam in agendo negligere nunquam potest. Atq; ita bene Auctores interdum de Justitia DEI generali loquuntur: v. gr. Musculus in locis allegatis. Et quamvis hic ipse Musculus in loco citato tantùm loquatur

quatur

[illegible] de illa justitia DEI, *quae re ipsa res latam facit, si nostram esse* DEI. *Ad licet tamen extendere hanc ipsam [illegible] ad generalem* DEI *justitiam, quocunque modo accipiatur, hoc [illegible], [illegible], sive ad [illegible]; sicut ea re ipsa [illegible] est. Si [illegible] loca Scripturae, in quibus de justitia* DEI *generatim agitur, prudenter & juxta rectam rationem, hoc est, natura* DEI *[illegible], accipiuntur.*

Quod vero etiam ratio nostra possit de justitia Dei judicare, habet [illegible]
exemplis Abrahami, Mosis, Jobi, *aliorumque [illegible] exemplis, qui libere de ea sententiam juxta rationem humanam, ut ejus principiis fundatam, subinde dixerunt. Vide Genes. 18. 25.* An justum eum impium perditurus esset? *Num. 16. 22.* An propter unius peccatum iram suam in omnes effundes? *Imo vero Deus ipse Judices nos saepe appellat, inter se & populum suum. ut Esa. 5. 3. & seqq. Jerem. 2. 9 & seqq. Mich. 6. 2. & seqq. Item Justitiam suam ipse dicitur* in oculis omnium gentium proponere. *Vide Esa. 62. 1. 2. & 51. 4. & 56. 1. Psalm. 98. 2. Denique dies ultimi judicii dicitur* dies revelationis justi judicii, *Rom. 2, 5. Nempe quia tunc omnibus, sana mente praeditis, ex re ipsa constabit, Deum neminem unquam injuriam fecisse: sed de omnibus & singulis, tum credentibus, tum incredulis, aequissimam sententiam pro dictis & factis ipsorum, juxta tenorem Evangelii tulisse, ferre.*

Interea verum est, non esse rationi humanae *nimis indulgendum, in examinanda* divinae *justitiae ratione. Non enim statim huic omnia conveniunt, quae de* humana *justitia rectissime interdum traduntur: quum homines absque violatione justitiae multa facere non possint, quae* DEUS *tamen summa cum aequitate facit; quaedam etiam omittere nequeant, quae* Cautio.

Deus interdum iustissimè omisit, &c. hæc tenendum est: atq; ita supremæ DEI bonitati, ac potestati, summè integra DEI natura, & reliqua ipsius attributa essentialia, sicut in quæstione dicta sunt: ut justitia adæquatam regulam demum ipsa quoq; justitia & sola voluntas intelligi, aliisq; explicari possit, quæ alioqui, ad humanam *justitiam aliq; examinata sæpè DEO indigna, & proinde non vera sed falsa, esse deprehenditur: prout in exemplis Thesi 14. indicatis & per se ipsa difficilis facilitate aliquatenus apparet.*

De regula iustitiæ divinæ.

Ad Thesin 15. *Hic duplex periculum indicatur, in quod facillimè incidunt, qui* divinam *iustitiam simpliciter ad regulam* humanæ, *seu mundanæ iustitiæ, exigendam esse arbitrantur. Nam &* veram *iustitiam DEO interdum adimere solent, &* apparentem *quandam, sed* falsam *& ipso indignam, iustitiam eidem adscribere, &c. Potest autem potissimum* tripliciter *adimi DEO vera iustitia. 1. Si dicatur insontes, sive innocentes, propter loquendo punire, 2. Si aliena peccata, quibuscum nihil commercii habemus, dicatur nobis imputare, 3. Si dicatur nos ad peccata destinare, quæ tamen ipse severissimè prohibet, &c. Potest eidem quoq; non vera, h. e. ipso indigna justitia tribui: v. g.* commutativa *propriè dicta: quippe quæ imperfectionem aliquam necessariò arguit inde cum inest, quoq; fundamentum in nobis damnatur habere non potest, ut nihil DEO accipiente: sicut ex infrà dicendis apertè constabit.*

Quatenus voluntas Dei sit regula iustitiæ.

Ad Thesin 16. & 17. *Voluntas DEI est quidem iustitiæ regula in iis, quorum Dominus ipse est: idq; aliquatenus imperfectè, h. e. tantum* affirmativè, *non autem* negativè. *Et proinde non potest hæc regula simpliciter & generatim converti cum hac regulata: idq; tum propter alia complura, tum sic: tantum propter hanc rationem, quæ sequitur. Nihil quod per se injustum est, Deus velle potest. At si injustum est, quidquid Deus non vult, efficitur, non posse Deum ea velle, quæ illa non vult. Hæc autem*

falsam

plissam esse. vel inde patet, quia Deus plus potest, quàm vult: nec ulla naturæ necessitate quidquam vult rerum, quæ extra se vult: sed hæc omnia vult ex mera arbitrii libertate; prout jam antè aliis locis probavimus. Unde patet, objectum justitiæ divinæ (perinde ut potentiæ, sapientiæ, & bonitatis) latius extendi, quàm objectum voluntatis actualis, &c. Atque hinc porrò consequitur, actualem DEI voluntatem non esse adæquatam omnis omnino justitiæ divinæ regulam, sed partialem tantùm esse merito statuimus, videlicet respectu earum omnium, quæ sunt extra Deum, quæque ipsius Dominio subjecta sunt, de quibus denique actualis aliqua DEI voluntas jam exstitit. Uno verbo: Justum est quidquid Deus vult: quia nihil contra naturam suam, quæ justissima est, velle potest. Non tamen contrà injustum est, quidquid Deus actu non vult: quia plura velle potest, quàm reipsa vult: quæ tum quoque justa essent, siquidem ea Deus existere vellet.

Usus. Usus hujus subtilitatis est, ut verum ac proprium divinæ justitiæ fundamentum, necnon adæquatum ejus objectum, rectè percipiamus: atque ita necessitatem justitiæ cum arbitrii libertate, & absoluta in res omnes creatas auctoritate, in DEO nostro arctissimè conjunctam esse agnoscamus. Quarum rerum ignoratio multis de causis & maculis & noxia esse potest, immò solet: experientia id palam in controversiis theologicis, ubi de Justitia DEI nominatim disputatur præsertim in materia prædestinationis, & justificationis, abundè testante.

Regula adæquata. Ad Thesin 12. Asseritur hîc vera & certa, sive adæquata divina justitiæ regula, eaque duplex: partim natura DEI, in rebus DEO naturalibus; partim libera ejusdem voluntas, in rebus externis & contingentibus. Si enim actualis DEI voluntas hæc ipsa adæquata regula esset, tum non alia velle posset absque

injustitia,

mensurata, quam quae actu vult, quia Deus à regula sua [illegible] justi- [illegible] nunquam possit. Nec dubitamus satis in superioribus declarata esse videantur.

De speciali justitia.

Ad Thesin 19. 20. 21. 22. *In his Thesibus specialis* DEI *justitia, per inductionem diversarum causarum, unde ipsa quasi specificatur, hoc est, diversarum* DEI *actionum, quas pro diversis officiis ac statibus, seu quasi personis, in nostri gratiam quas assumit, exercere solet, dissimile explicari incipit. Quum enim id omnibus generatim inter qualibet justum, [illegible] & vel [illegible] dicatur, quod eorundem rei conditioni ac statui, seu personae officio & operationi consentaneum est: quumque Deus ipse, pro diversa varietate creaturarum, praesertim Angelorum & hominum, qualitate & conditione diversos sibi status accommodet, hoc est, modo* Creatoris, *aut* Gubernatoris, *modo* Redemptoris, *modo* Patris, *modo* Judicis, *modo* Domini, *&c. personam induat: hinc adeo fit, ut justitia* DEI *externa seu energetica, seu quatenus in ipso actu & exercitio foris occupatur, juxta varietatem* [illegible], *in quibus, item* modorum, *juxta quos ipsa exeritur, diversas etiam appellationes & speciales quasdam distinctiones sortiatur. Nam aliud* Patris, *aliud* Judicis, *aliud* Domini, *aliud* Regis, *&c. qua talis est, officium proprium (quod Hebraei* [illegible] *appellant) seu proprium decorum, & speciale quoddam jus esse, nemo negaverit. Has autem personas omnes unus idemque Deus justissime sustinet.* Unde *justitiam ejus, deinde in varias species, sub eo respectu nostri, quodammodo diffundi, seu propagari necesse est.*

Justitia facti & dicti.

Caeterum prima *& praecipua, justitiae divinae specialiter dicta partitio est in Justitiam* facti *&* dicti. *Nulla enim in Scripturis eiusdem justitiae mentio usquam occurrit, quae non ad alterutrum genus [illegible] revocari possit. Et* facti *quidem justitia id-*

[illegible]

cie præmittitur, quia non tantùm externam DEI *operationem, seu decretorum executionem, sed & ipsa arcana decreta, sive internas animi sanctiones, attingit: quam* altera *species in promissis tantùm & comminationibus, vel saltem in eloquiis* DEI, *generaliter sic dictis, integra consistat: quæ sanè ordine naturæ, simul & temporis, ipsis decretis posteriora sunt; sine quibus etiam nunquam ipsa promulgari solent, aut possunt: denique à quibus, tanquam causis, ipsa existunt: quum contrà* DEUS *& decernere, & perficere multa tum possit, tum soleat, de quibus nullā ipsius vel affirmationem, vel negationem, vel promissionē, vel comminationem, &c. extare necesse est. Quanquam in hac* methodi *ἀκριβείᾳ, sive accurata* ordinis *ratione, parum aut nihil situm est, dummodo* species *ipsæ rectè planéque intelligantur, & suis objectis, ita uti par est, exactè accommodentur. Id quod etiā in sequentibus Thesibus, ubi* quatuor *præcipuæ species justitiæ divinæ, quæ in* facto *potissimùm versantur, non sine justa ratione sic dispositæ sunt, uti ex Thesibus apparet, accuratè notandū est. Sed de his jam plus satis.*

Ad Thesin 21. *Etsi* DEUS *ab æterno non fuit actu noster* Deus, *h. e. noster Creator, & Autor, seu benefactor, ut neque* Dominus, *&* Pater, *&* Judex *noster: habuit tamē aliquatenus has omnes justitiæ species absconditas in se, videlicet quoad κτῆσιν, non quoad χρῆσιν: sicut etiam* omnipotentiam *illam in se habuit quasi absconditam quam postea, mundum creando, & miracula faciendo, v. gr. mortuos excitando, &c. reipsa ostendit. Quanquam etiam* Dei, *&* Domini *alia ratio est, quàm* Patris *&* Judicis *quia* DEUS *saltem respectu decreti semper &* Deus *&* Dominus *fuit rerum omnium aliquomodo creandarum idque eatenus necessariò, quatenus impossibile est, creaturā aliquam a seipsa creari, sive aliunde quàm ab unico vero* DEO *existere: item quatenus impossibile est, aliquam rem creatā ex-*

a Species pri[illegible]

subsistere, quæ non ipsius DEI dominio subjecta sit, & non aliqua saltem a DEO beneficia percipiat, &c. Sed Paternæ, & Judicialis justitiæ esse liberè DEI decretum, hoc, ita, ut absolutè possibile fuerit, nemine repugnante, non esse talem, sive ut ipse potuerit decernere rerum omnium creationem, sed tamen absque futuro speciali exercitio justitiæ Paternæ, & Judicialis. Nam quod de Divina, & Dominica justitia statui non potest, ob rationem paulo ante satis explicatam. Res enim per se manifesta est.

I. Justitia Dei, quà Deus. Ad Thesin 24. & 25. De ordine harum quatuor specierum jam antè pauca monuimus. Illud certum videtur, justitiam DEI quatenus specialem ipsi ut DEO nostro convenit, ordine naturæ primam esse: ut quæ fundamentum habeat in iis DEI attributis, quæ prima operandi principia non immeritò vocantur, puta potentia, sapientia, & bonitate, & nec per se aliud præterea quidquam in hominibus, & Angelis requirat, quod ad rationem ipsius exercitationem necessarium sit: ut quidem in sequentibus speciebus, quod exercitium, omninò fieri necesse est, præsertim in justitia Paterna & Judiciaria, &c. Porrò vocabulum DEI præcisè hic strictèque accipiendum est, prout specialem DEI statum, seu propriam relationem, & respectum ad nos declarat. Hoc enim sensu nomen ipsum Dei per se appellativum est, & generatim significat insignem aliquem Benefactorem, puta Creatorem, Servatorem, Altorem, item Judicem, & quemlibet denique Dominatorem, seu valde potentem, &c. Justum igitur est apud DEUM, ut pro conditione hujus personæ propriæ creaturis suis benefaciat, eas conservet, gubernet, alat, augeat, &c. Hoc enim DEI proprium mischpath, seu munus & officium est. Vide Calvinum in Psal. 51. 16. Quanquam ibi de paterna potius justitia DEI agi videtur. Sic Musculus in Psal. 1. & 40. & alibi passim: præsertim ubi David, aut alii Sancti, justitiam DEI, quã in sui ipsorum, aut aliorum, liberali nutritione, mirifica creatio-

ne, benigna

te, benigna liberatione, aut gratiosa protectione, experti fuerāt, laudaturos se solenniter promittunt.

Ad Thesin 26. & 27. *Post exitum justitiæ Divinæ descriptio dicta, etiam, sive exercitium, sequitur continua ac necessario exercitatam justitiæ Dominicæ: quippe quod nonnisi in creaturis jam existentibus locum habere potest: uti per se constat. Nihilominus autem ipsa Dominica potestatis decretia, sive ipsum exercitium, ut ita loquar, justitia diceretur, quam potestas ipsa, quæ & per se considerata. Hæc enim potius est ipsum jus, sive auctoritas Dominica: quæ tamen per metonymiam justitiæ nomine etiam vocari potest: quatenus justam esse declarat, ut Dominus jure suo utatur, adeoq; hîc absolutissimum Dominum significat, jure suo nunquam abutentem, &c. Sed res per se clara est.* Justitia Dominica.

Ad Thesin 28. & 29. *Prolepsis hæc magnum habet usum in multis S. Theologiæ quæstionibus: præsertim in argumento doctrinæ* Prædestinationis, *itemq;* Justificationis *ubi sæpè Dominica DEI potestas nobis meditanda est; & ea quidē duplex: prout DEUS dupliciter absolutum se Dominum ostendere solet, tum in utendo, tum in omittendo jure suo, prout ipsi placet.* Occupatio objectionis.

Porrò licet semper utitur, vel etiam non utitur, jure suo Deus. Sed sive eo utatur, sive non utatur, nemini unquam injuriā facit, sed suam unicuiq; perpetuò tribuit. Sic Sap. 12, 15. rectè dicitur: [illegible] *Et v. 20. & 21. à contrario colligitur, Deū piis & resipiscentib. peccata facile condonare, quum etiam improbis locum pænitentiæ soleat indulgere, &c. Deniq; per totum caput hoc agitur, ut suprema DEI tanquā* Æquitas & moderatio DEI.

absolutissimi Domini, potestas sua asseratur, ut simul tamen eiusdem aequitas, & iustitia, contra sophisticas hominum, vel imperitorum, vel nimis meticulosorum, strenue defendatur. Locus sane lectu dignissimus.

Obiect. cũ Resp. ad 2. *Caeterum hic obiectiones quaedam refellendae sunt, quae circa Thesin 29 facile moveri possent: dum inter alia dicitur,* Deum neminem innocentem punire, nemini alienam culpam imputare, &c. *Nam contra primum, quod scilicet innocentes non puniat, obiici potest, quod Genes. 19. Infantes Sodomitarum, &c. innocentes punierit. Item, Infantes in diluvio Genes. 6. & 7. Item bestias omnes terrestres, ibidem. Item accidit in seditione Core & Dathan, Num. 16. Item in furto Achanis Jos. 7. Denique in Christo simile quiddam evenisse videtur, qui iustus pro iniustis passus est, 1. Pet. 2. & 3 &c. Vel Respond. fuisse hic quidem veram afflictionem, sed non proprie dictam poenam: nisi quatenus illi, qui ob alienam culpam puniri videntur, eiusdem culpae affines fuerunt, vel per imitationem, vel per generis & sanguinis arctissimam cognationem, vel per aliquam spontaneam appropriationem, sive imputationem, ut videantur ipsa Scripturae loca.*

2. *At contra 2. iam obiicitur, quod sine causa fuerit illa innocentium puerorum, & bestiarum, &c. de quibus Gen. 6. & 19. &c. agitur, sive punitio, sive mavis afflictio. Resp. Immo iustam eius causam ubique fuisse: ut videlicet ostenderet Deus iram suam adversus peccata, etiam in perdendis impiorum infantibus, morte quidem temporali (de hac enim aperte constat, non autem de aeterna) quo tanto gravius parentes impii punirentur, &c. Bestiarum fere similis ratio est: quae tamen ipsa etiam viam suam aliquatenus corruperant: ideoque & poenam sibi analogam promeruisse erant. Vide simile quiddam Exo. 21. de bove cornupeta &c.*

pore, &c. Christum autem ex singulari DEI consilio peccatum pro nobis factum fuisse, 2. Cor. 5. & pro gaudio sibi proposito crucem quoque sustinuisse, Hebr. 12. & proinde nihil injustè aut frustra, quæ sua quidem & DEI parte, perpessus est: præsertim quum esset totus in potestate Patris sui meritò ad mortem usque obediens factus, Phil. 2. quoque maxima ratione ipsum & pati & mori voluit: videlicet, ut nobis æternam salutem ista ratione dignè compararet, ejusque viam & modum tantò clarius ostenderet, & firmissimè sanciret, &c. Multa n. & valde graves harum sanctissimæ passionis ac mortis J. Christi causæ in medium afferri possunt, ac solent.

Sic Respondere potest ad alia ejusdem generis complura exempla. v. gr. Jobi 1. & 2. inquit ipse Deus, se frustrà Jobum afflixisse, &c. Sic etiam 2. Sam. 24. propter Davidis peccatum populus peste affligitur. Item 2. Reg. 5. universa posteritas Gehasi lepra percutitur, ob furtum ab ipso commissum. Vide etiam 2. Sam. 21. de filiis Saulis propter Patris tyrannidem occisis, &c. Responsio, inquam, eadem est, quæ jam fuit de pœna afflictione: cujus causa inter alias etiam est probatio fidei, & patientiæ exercitatio, & c.

Ad 5. *At Exo. 20. & Thren. 5 dicitur Deus in posteris punire majorum peccata. Item Rom. 5. dicimur per unius peccatum omnes constituti peccatores. Item 2. Cor. 5. & Gal. 3. dicitur Christus pro nobis factus peccatum, & maledictio; contraque nos ipsius justitiam adepti dicimur, &c. Respon. Vel illi posteri etiam vel sunt eorundem peccatorum, ob quæ meritò tùm puniuntur; vel eorum tantùm occasione plectuntur, sive affliguntur: uti antè diximus. In Adamo autem & Christo, non statuitur propriè aliena culpa, vel justitia imputatio: sed tantùm ipsa vel naturalis, vel spiritualis generatio attenditur; vel occasio solùm, aut causa efficiens, itémque usus ac finis, afflictionum Christi indicatur: sicut ex antè dictis sufficienter intelligi potest.*

4. *Ad IV. DEUS exigit ab omnibus hominibus perfectam obedientiam, quam tamen praestandi vires non concessit, videlicet tam veram conversionem cordis, fidem, spem, charitatem, &c. Respondemus, primò verò quantum satis est ad obedientiam praestandam, Deus ab initio nobis largitus est: prout omnes fatentur. Item, licet absolutè loquendo fateri id nullo jure teneatur, tamen adhuc sufficientem conversionis & fidei gratiam, praesertim in Evangelio, generatim omnibus concedit. Vide Esa. 1. & 5. Matth. 11. & 23. &c. nec plus à quoquam exigit, quàm proportionaliter dedit, Luc. 12. Iniquum enim esset, rigidè & cum poenae aeternae denuntiatione id à quoquam exigere, quod nulla ratione, ne Dei gratiam quidem praestare posset. Propterea dicitur Deut. 10. 12.* Nunc igitur quid petit aliud à te Dominus, quàm ut timeas & diligas &c. *Et cap. 5. 29.* optat ipse Deus, ut habeant animum servandi praecepta, &c. *Sic Psal. 81. & alibi* * *passim. Nempe ut significetur, per Deum non stare, quo minus in ipsum credamus, ipsique obediamus, & tandem salutem promissam consequamur.*

Summa rei. *In summa tantum abest, ut praeter, aut contra jus à nobis quidquam Deus exigat, ut etiam saepissimè de jure suo concedat: prout in eadem Thesi probatur. Porrò de hac Clementia DEI, vide insignem locum Sap. 12. per totum, praesertim v. 15. 16. 17. 18. ubi justum dicitur oportere esse φιλάνθρωπον, hoc est, humanum seu moderatum & aequum, &c. Item nominatim asseritur, Deum non punire innocentes sive insontes, &c. Sic Matth. 25. typus hujus rei proponitur in hero illo, talenta inter servos distribuente: qui meritò dicitur indignè tulisse, quòd durus & austerus vocaretur, quodque metere diceretur, ubi nihil sevisset, &c. Nempe ut intelligamus, alienum esse à clementia & aequitate DEI, quidquam à quoquam postulare, cujus praestandi facultatem non ipse prius dedisset.*

Sic Matth. 1. dicitur Josephus vir justus, quia uxorem Mariam ipsa;

etiam infamare videtur. Ubi enim ira ibidem est, quod vindicta. Et Co-lossens. 3. monemur, ut vindictam nostram omnibus notum sit. Denique huc pertinet ipsius DEI & Christi exemplum, quod tanquam evidens nobis à DEI Spiritu proponitur, Ephes. 4. & 5. item Coloss. 3. Vide etiam parabolam illam Regis Creditoris Matth. 18 sub finem.

Itaque plurimum à vero aberrant, qui divinam hanc Vindicatam vera DEI justitiæ contrariam esse putant. Id quod adeò falsum est, ut etiam pars, seu species quædam divinæ justitiæ censeri debeat ipsa DEI erga nos moderatio, seu benignissima juris summi remissio quippe & potestati & libertati DEI planè consentanea. Elenchus [illegible]

Ad Thesin 22. *Aperitur hic verus erroris suprà dicti fons, nempe ignoratio, aut indiligens meditatio, totius naturæ divinæ, seu majestatis DEI propriæ. Nam quibus hæc tota, sive integra, probè cognita est, ii non facilè circa* divinam *justitiam, præsertim quæ* dominica *vocatur in ulla speciali quæstione à vero aberrabunt; sicut ex antè dictis abundè constare potest. Conferatur disputatio 7. de dominio & potestate DEI: item Disputat. 8. de bonitate & gratia DEI. Et continuò res tota innotescet.* [illegible]

Ad Thesin 31. & 32. *Qui hanc divinæ justitiæ speciem, quam meritò* Paternam *dicimus, exactè cognoscere student, iis ex una parte omnia* boni Patris *officia, ex altera verò ex Scriptura loca, in quibus ipse Deus se* Patrem *nostrum appellat, &* paternò *erga nos affectum se esse testatur, accuratè perpendenda sunt: itaque exemplo Christi (Luc. 11.) argumentatio à minore ad majus, hoc est, à terreno Patre ad cœlestem, prudenter instituenda est. Ita plenè tandem præcipuas hujus speciei qualitates, ac conditiones, seu modos proprias operationes, haud difficulter assequetur. Nihil enim in vero justoque Patre (adde etiam justa* matre*) reperiri potest, nisi fortè imperfectionem aliquam necessariò contineat, quod non excellentissima ratione in DEO, cœlesti Patre, locum habeat: v.g. amor nostri ardentissimus, cura & solicitudo* b. De justitia paterna

pro nobis

& nobis indefessa, cum defensio, protectio, sustentatio, & liberatio nostri continua, &c. Deniq; quidquid nomine salutis, gratiæ, misericordiæ, & benevolentiæ divinæ, quæ electis DEI filiis propriè convenit, in S. literis designatur, id totum ad hanc justitiæ speciem aptissimè revocari potest.

IIII. De judiciaria justitia.

Ad Thesin 15. *Hæc postrema divina (sed valdè) justitiæ species vulgò ferè solum nomen sui generis occupat: qua scilicet eam demum clarissimè intelligimus, Deum revera justum esse, cum hanc* Judicii *officium facit, hoc est, cum vel præmia, vel pœnas inter homines, juxta ipsorum merita opera, sine prosopolepsia distribuit. Interim nec sola hæc* judiciaria *justitia totam prædicti generis naturam absolvit: nec, si cum aliis speciebus ritè conferatur, omnium præcipua, hoc est, maximè usitata in DEO esse videtur. Sed quidquid de hoc* postremo *sit, illud* primum *extra controversiam planè ponendum est: & sic quidem ponendum, ut hanc etiam* judicialem *DEI justitiam (si quidem rectè planèq; intelligere eam volumus) ad præcedentes illas species, tanquam ad amussim quandam, exigendam esse meminerimus. Sic enim* Judicium *agit Deus in hoc universo mundo, ut interim nec* Deus, *nec* Dominus *omnium creaturarum, nec* Pater *electorum, verè esse desinat. Ne quis scilicet existimet, hunc* Judicem *reliquis* Judicibus *in hoc mundo ita dictis, per omnia parem esse. Id quod initio statim, in ipsa hujus speciei descriptione, notandum est, ut membra ejus singula tantò rectius intelligantur: & speciatim illud de* pœnarum distributione *&c. Non enim hic dicitur, quòd justitia hæc condignam pœnam ob quodvis etiam minimum delictum præcisè ac necessariò exigat: sed simpliciter, quòd juxta opus & causam uniuscujusq; rectè judicet, &c. Istud autem rectè* judicare *non est contrarium veræ Deiq; dignæ misericordiæ, nunquam videlicet ignoscenti, nisi justa causa vacante: sed contrarium sit falsæ & perversæ, hoc est, bruta & nimis profusæ*

misericordiæ

misericordia, qua saluti aliquis fingeret, Deum etiam impiis, nunquam resipiscentibus, ipsisq; praeter id illud remedium, perpetuo agnoscere non aliam unquam peccatum, saltem aeterna morte, puni- re velle, &c. Sed haec in sequentibus explicatius tradentur: ubi species huius justitiae, ex suis ipsarum formis, apertius describitur.

Ad Thesin 24. *Plenius dividi potest haec iustitia in* cogno- scentem, & exsequentem. *Et haec deinde subdividi potest, in simpliciter* Attribuentem, & Retribuentem: *ita tamen, ut praecipua huius species sit* Retributiva. *Potest enim, & solet Deus saepe exequi iudicia sua, ut tamen nemini quidquam ex pacto retribuat. v. g. cum pios homines, vel etiam quosvis alios ex aliqua miseria, puta morbo, damno, incendio, vel naufragio fortuito, poste liberat: & quidem ad ipsorum preces, aut supplicationes &c. Quanquam retributio etiam latissime sumi potest, ut quamlibet cuiusvis* iustae *sententiae animo conceptae, exsecutionem, h. e. aut remunerationem, aut punitionem, aut simplicem liberationem, aut probationem, &c. in binis se complectatur. De quo non nimis anxie laborandum esse videtur.* Divisio eius

Ad Thesin 25. *In hac specie potissimum 2. notanda sunt. 1 initio eam, quoad* exercitium *generale, saltem aliquo modo, naturali* DEI *rectitudine: quippe cui per se conveniat, pios beneficere potius, quam impios: & hos si ita maneant, tandem pro meritis punire, &c. 2 potissimum vero, quod* specificatione *retributionis praemii, aut poenae, nisi divina ordinatione, sive liberali promissione, & comminatione: quam absque simpliciter nec illos liberaliter remunerari, nec illos condigne punire, saltem hoc vel illo speciali modo, Deus teneretur. Nam si absoluta potestate sua Deus uti vellet: & obedientiam sine retributione praemii, absolute a nobis exigere: & peccata, si non omnia, saltem plurima, sine irrogatione condignae poenae, peccantibus condonare posset, &c. Confer Disputat. 7 de potestate* DEI *praesertim in 2. parte.* Retributiva justitia.

Duplex prosopolepsia exponitur.

Ad Thesin 15. *Accipere personam, vel suscipere faciem alicujus, in Scriptura dupliciter dicitur. 1. pro iniqua externarum qualitatum consideratione, nihil ad causam pertinentium: et hoc loco, id quod alienum prorsus est à DEO. 2. pro gratioso respectu ad veram alicujus pietatem: sicut* Abrahamum, *&* Jobum *Deus respexit, ut* Abelem, Enochum, Noachum, Lothū, Isaacum, Josephum, *& alios sanctos complures: prout Genes. 4. & 5. & 6. & 20. & 21. item* Job. 42. *& passim alibi, videre est. Ut passim de* Mose, *&* Aarone, *nec non* Samuele, *&* Davide, *& aliis piis, idem videre est. Interim vitiosa illa prosopolepsia, quæ præter causæ justitiam alicui ob externas tantum conditiones favere nos docet, omnino à justissimo DEO aliena est: ut qui nihil aliud in negotio salutis æternæ spectare soleat, quàm veram virtutemq; fidem, seu mavis seriam pietatem, & sanctimoniam: prout Hebr. 11. item Act. 10. Rom. 2. & 8. & 10. & c. perspicuè patet. Neq; tamen liberam ejus gratiam, sive usum absolutæ potestatis impedire potest hæc aprosopolepsia, quo minus videlicet illa utatur, erga quos ipsi visum est: juxta illud Exo. 33. & Rom. 9.* Miserebor cujus miserebor, &c. *item Matth. 20.* Annon licet mihi facere de meo quod volo? &c. *Adultò minùs evertere potest æquissimum illum DEI respectum ad homines verè pios & sanctos; quippe non in sola liberaq; DEI potestate ac gratia, sed simul etiam in justitia & veritate, seu promissione DEI fundatum; sicut in exemplis suprà positis apparet.*

Subdivisio Justitiæ.

Ad Thesin 17. & 18. & 19. *Quum* retributio *omnis vel* præmiorum *sit, vel* pœnarum *redditio: prout eam vel ex* promissione, *vel ex* comminatione *oriri constat: non immeritò justitia* Retributiva *subdividi solet in* Remunerativam, *&* Vindicativam: *quarum illa in muneribus, seu præmiis, ex promisso distribuendis; hæc in ultione, seu vindicta, juxta comminationem exercenda, vim ac facultatem suam exeri-*

at. De

cat. De priore nihil aut parum controversiæ est: nisi quod à Papisticis sinistra interpretatione depravari solet: dum in commutativam propriè dictam satis imperitè trãsformatur, prout infrà commodius exponetur, ubi de hac specie agemus.

De altera verò in Thesi 18. notandum est, non exiguam quæstionem esse, utrum ex mera naturæ divinæ necessitate, an potiùs ex libera, sed justa tamen & sancta DEI voluntate, distributio pœnarum immediatè proficiscatur: vel quod idem est, utrum absolutè ac præcisè quodlibet etiam minimum peccatum, juxta rigorem juris, ipsa justitia puniri jubeat; an potius ex hypothesi divini decreti, & juxta liberam DEI voluntatem. Sunt enim, qui prius illud arctè teneant. Sunt etiam nõ pauci, qui posterius hoc tradunt. Atque istis nos ultrò accedimus: nihil interim dubitantes, & pœnas omnes, quas Deus peccatoribus irrogat, esse justissimas; & hanc ipsam, de qua agimus, justitiæ speciem inter alia hoc requirere, ut proportio aliqua sit inter peccata & pœnas, hoc est, ut illa nunquam ab istis excedantur, licet easdem sæpius excedant: sicut exempla quàm-plurima testantur. Dubium de necessitate pœnæ.

Non dicitur igitur à nobis, quòd nullum omninò peccatum per justitiam DEI, absolutè loquendo, hoc est, extra hypothesin divini decreti, possit impunitum dimitti. Hoc enim & falsum est, & in fine hujus Theseos negatur: quatenus apertè ibi docetur, posse peccata pœnis esse graviora: non contrà posse pœnas peccatis esse graviores. Nempe, quia semper de suo jure unicuique remittere licet, quantum vult. Sed nemini licet ejusmodi jus ultra quàm par sit intendere. Immò verò summum jus verò alias patiendum est: nempe, quia sæpè fieret summa injuria. Ἐπιείκεια igitur plurimum adhibenda est, quæ contraria est τῷ ἀκριβοδικαίῳ. Vide Anshel. in explic. secundi præcepti: vera justitia, inquit, habet compassionem: falsa habet superbam dedignationem, &c. Sic Sap. 12. 19. dicitur, Justum debere esse φιλάνθρωπον.

hoc est, humanam & moderatam, seu hominum amantem, ne pro [illegible] de humana fragilitate atque id interdum cum tempore vindicem [illegible]

Finis pœnitentiæ divinæ.

Porrò Thesi 39 adversus de hac punitione divina [illegible] docetur, ut obiter hinc discamus, ipsam per se pœnam, aut vindictam, DEO minimè placere, sed hoc potius destinatam esse, ut [illegible] qui puniuntur in hoc seculo, nisi per ipsos stet, alia ratione ad [illegible] convertantur, ut salvi evadant, vel saltem alii, exemplo illorum [illegible] peccando abstinere discant, &c. Vide Ezech. 18. & 33. Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, &c. *Similes sententiæ extant Rom. 2. & 1. Cor. 10. Heb. 12. &c. Sic Sap. 12, 2 docetur:* eos qui aberrant, paulatim vel paululum corripis, & in quibus peccaverint, memoriam eorum admones, ut à malitia liberati credant in te. &c. *Sic 1. Cor. 11.* Cùm judicamur, à Domino corripimur, ne cum impio mundo damnemur, &c.

De Justitia dicta à Sapientia.

Ad Thesin 40. & 41. *Justitia dicta cur posteriori loco exponatur, suprà satis expositum videtur. Nam de prima tantum hujus speciei* significatione *notandum est, eam per se non tam ad justitiam, quàm ad Sapientiam, sive Omniscientiam, attributum pertinere, h. e. non tam moralis, quàm intellectualis virtutis partem quandam esse. Interim quam* Veritas *omnis vulgò ad* Justitiam *referatur, &* veritati *non modo* fraus, *& mendacium, sed & omnis in genere* falsitas, *sive error & hallucinatio repugnet: hinc adeò fit, ut ipsa quoque veritatis acceptio ad Justitiam, in genere dictam, accommodetur. Confer Disput. 3. de Omniscientia DEI, ubi de Veritate mentio [illegible] hoc unicè pertinet: quomodo alter apotius veritas cordis dicenda sit, copiosius actum est.*

à Sapientia.

Ad Thesin 42. *Hæc secunda significatio non parum ad rem nostram facit: ut quæ propriè ac per se virtutem moralem, seu pœnitentiam declaret: non secus atque contraria fraus, seu dolosa simulatio, veram injustitiam sua natura significat.* Utitur quidem DEUS interdum aliqua simulatione; sed benigna & bona,

quæ pars prudentiæ dici potest; puta Ironia, aut Reticentia, &c. Sed fraudulentam deceptionem nunquam adhibere solet: verùm ingenuè, semper & candidè publicam agit, & quod animo concepit, idem verbis sincerè pronunciat, omnemq; fucum ac dolum penitus aversatur in prædictis, probus, verax, &c.

Objicitur tamen, 1. quòd DEUS Gen. 22. non verè id voluerit, quod mandabat, videlicet de offerendo Isaaco, &c. 2. Quòd 1. Sam. 2. voluerit filios Eli occidere; eòq; noluerit eos Patri suo obedire: cujus contrarium tamen in lege præcepit. 3. Quòd nihil possit invito DEO fieri: ac proinde quòd velit Deus, quicquid fit. Unde sequitur, eundem non serio semper velle, quicquid præcipit. V. gr. in venditione Josephi Genes. 37. in spoliatione Jobi, Job. 1. in afflictione Davidis 2. Samuel. 12. & 16. Denique in crucifixione Christi Act. 2. & 4. Aut enim non omnipotens est Deus (quod absit) aut quicquid fit, ipse fieri vult. Et sic non serio vult omnes sibi homines obtemperare: quippe quòd non semper fit, &c. Resp. ad 1. fuisse tentationem potius, quàm mandatum. Et tamen etiam mandato satisfactum fuisse. Vide etiam Deut. 8 & 13 &c. Ad 2. aliter locum illum verti posse: sic nempe, Non auscultabant Patri suo, idcirco voluit eos Jehova occidere: non autem quia voluit, &c. Et licet eadem via filiorum Eli significaretur, non tamen idcirco ex parte DEI dolum ibi fuisse futurum. Ad 3. verè seriòq; Deum nolle peccata fieri, Psal. 5. sed ex animo ea odisse, Zach. 8. velle tamen eadem certo consilio permittere, & ad piorum castigationem, aut probationem dirigere: item velle impiorum justam quidem pœnam, & excæcationem; nunquam tamen id velle, quod ipse odit: denique Deum non posse idem propriè velle & nolle sub eadem formali ratione, &c. Unde jam exempla illa Josephi, Jobi, Davidis, & Christi, facilè intelligi possunt; in quibus scilicet actio impiorum

Object. 1. 2. 3.

Respons. 1. 2. 3.

à passione piorum: item diversa volentis ratio in ipso DEO, prout vel huc, vel illuc, h.e. ad diversa objecta & effectus, diversis modis accommodatur: denique diversa ipsius peccati consideratio, prout vel propriè ac formaliter, ut peccatum; vel impropriè ac metonymicè, ut pœna, vel opus aliquod, spectari solet, accuratè distingui debent. Ita plana erunt omnia, nec facilè in errorem aliquem periculosum incidemus.

3. Species. Ad Thesin 43. & 44. Tametsi prima facie videri possit, hanc tertiam veritatis significationem ad Immutabilitatis potius, quàm Justitiæ divinæ attributum pertinere: si tamen accuratè res expendatur, intima ejus essentia, seu ratio formalis, immediatè & per se potius ad proæreticam DEI justitiam, quàm ad naturalem ejusdem simplicitatem, absolutamque necessitatem referenda esse videbitur. Et tamen interea fatemur, hanc divinæ naturæ necessitatem omnium energeticarum, ad extra, seu ferè, ut sic dicamus, actuosarum, quæ in DEO sunt virtutum, ac perfectionum, verissimum atque unicum esse fundamentum: prout jam antè dictum, tertia responsione ostensum est. Constantia igitur hæc seu fidelitas ita DEO naturalis est, ut simul tamen actionem ejusdem proæreticam includat; & eam quidem specialem, seu certi cujusdam generis propriam, h.e. à promissione, vel pactione DEI aliqua, immediatè pendentem: quippe cujus sinceram & constantem impletionem, seu realem præstationem, ipsa pro-

Ejus origo duplex. priè designat. Neque fortassis ineptè distingueres, qui duplicem hujus divinæ virtutis originem seu radicem, in DEO assignares: unam primariam, & merè naturalem, nota simplicem naturæ divinæ necessitatem, sive absolutam immutabilitatem: alteram secundariam, & per se contingentem, seu voluntariam, ac proæreticam, nempe liberam DEI pactionem, seu gratuitam promissionem, &c. Ita veritas hæc, seu fidelitas divina, pro diversis respectu, & meræ necessitatis, & liberæ voluntatis esse

deprehenda

apprehendatur. Necessitatis *quidē, si genus ipsum veritatis ac constantia absolute ac per se consideres.* Libertatis *autem, si eā-dē ad certā speciē, seu ad peculiare obiectū, quod à libera DEI voluntate pendet, v.g. ad fidem in servandis promissis referas. Atq; hinc dictū illud 2. Tim. 2.* Fidelis est DEUS, negare seipsum nō potest, *(sic plenius intelligi potest, si* duplicem *impossibilitatis illius, de qua mentionem facit, causam constituere cogitemus: unā scilicet absolutam, in essentia seu natura DEI: alteram hypotheticam, in ejusdem libera voluntate fundatam. Nam idcirco non solùm omnino non potest sua promissa Deus non praestare, quia & per naturam simpliciter immutabilis est, & per gratiā spontā-neè ultrò se nobis in suo verbo, sed tamen certis conditionibus, obligavit. Eodem planè sensu Deus ab eodem Apostolo appellatur ἀψευδής, hoc est,* mendacii expers seu mentiri nescius, *Tit. 1. quia salutem, ante secula nobis in decreto suo promissam, constanter ac liberaliter omnibus in Christum credentibus impartire soles, nec fidem hic nobis datam fallere unquam potest.*

Porrò hæc fidelitatis significatio generatim *ad omnes DEI pactiones seu promissiones, & comminationes, & sic sua natura extenditur. Quae vero Thesi 41. asseritur, ea* specialis *est, & circa certum quoddam promissionum genus occupatur, vel potius certum quendam divini amoris & gratiae paternæ, erga nos effectum, seu peculiarem affectum, quia singularem DEI erga credentes benevolentiam sincera constantia continuatam, sine de-clinē declarat; prout testimonia Scripturæ ibidem allegata, non obscurè testantur. Ut enim supra de justitia* dicti *vidimus, eam pro diversis DEI statibus, seu personis, erga creaturas ultrò assū-to, diversas appellationes, immò definitiones, meritò sortiri: ita hic de* Justitia dicti, *& specialiter de ipsa* fidelitate, *nobis similiter cogitandum est, eam pro diversis DEI promissionibus, immò diversis erga diversas creaturas affectibus (nam pios singulari-* Alia ejus significatio

ter amat

ter amat Deus impios odit, &c.) diversis etiam modis in Scriptura usurpari solent ex specialibus singulorum locorum circumstantiis, & propositæ subjectæ materiæ tenore, prudens Lector haud dissimiliter animadvertet. Summa: ut in hominibus alia est specialis fidelitas Patris, *quà Pater est; alia* Filii, *quà Filius; itidem alia* Mariti, *alia* Conjugis: *alia* Domini, *alia* Servi: *alia* Magistratus, *alia* Subditi: *alia* Judicis, *alia* Patroni, *sive* Advocati *&c. Sic in DEO quoque per analogiam quandam diversa fidelitatis species, juxta diversos ipsius ad creaturas affectus, seu dissimiles effectus, animo concipiendæ sunt: sic tamen, ut per hoc spiritualis DEI simplicitas, & summa naturæ unitas, nihil omninò lædatur. De quo jam suprà satis in Disputat. 2, & 3. diximus: unde plura huc transferri possunt.*

Diversa ratio in promissis & minis.

Ad Thesin 46. & 47. *Hæc* diversitas *exercendæ justitiæ, tam in* promissis, *tam in* comminationibus, *accuratè hic notanda est. Nam & totam justitiæ veritatisque divinæ rationem tantò plenius ac clarius intuendam nobis proponit: Et fidem nostram erga divina promissa non parum confirmat: Et denique salutarem timorem, ex divinis comminationibus probè servatum, animis nostris instillat. Summa rei satis in Thesibus explicata videtur. Tantùm hoc obiter addimus, eos haud dubiè hallucinari, qui inter* promissa, *&* minas, *quantum ad vim ac firmitatem obligationis attinet, nihil omninò interesse putant; sed parem utrique virtutem, & quidem ex utraque contrahentium parte, similiter inesse, paremque ex utraque debitionem necessariò emergere statuunt. Nam juxta istam hypothesin non magis licebit viro bono, quantumvis libero, & absolutè rerum suarum Domino, quæ suis minatus est* supplicia, *vel prorsus omittere, vel aliquatenus saltem mitigare, quàm promissum aliquod* beneficium, *sive purè, sive sub conditione propositum, vel omninò denegare, vel magna ex parte imminuere atque immutare &*

Diversa in utrisque obligatio.

Quæ comparatio *quàm iniqua sit, nemo non videt, nisi qui divini pariter & humani juris æquitatem ignorat. Saltem hoc omnibus constare potest,* in comminationis *exsecutione vel omittenda, vel mitiganda, nullam illi injuriam inferri, qui pœnã comminatione comprehensam promeritus est: ut qui magno potius se beneficio affectum esse agnoscat, si à pœna illa, quam sua culpa incurrit, per clementiam Superioris eximatur. Neq; hoc* alterum *ulla ratione negari potest: Superiorem ad quem (puta Magistratum, aut Patrem &c.) si de suo unius jure tantum disponat, inferioribus forte peccantibus pœnam, quam minatus fuerat, hoc item saltem condonare, vel mitigare posse, quatenus absq; injuria cujusquam alterius unicuique de suo facere licet, quod vult.* Ut *enim qui jure suo legitime utitur, hoc ipso nemini injuriam facit: ita etiam qui justis de causis interdum jus suum omittit, aut de eo nonnihil remittit, nihil adversus justitiam delinquere putandus est: quum hæc ipsa juris remissio, quædã Dominicæ potestatis usurpatio sit, uti notum est.* Cautio.

Sed hæc tamen eatenus duntaxat recipienda sunt, quatenus ipsa comminationis *natura extra speciales respectus, in se & per se generatim consideratur: quæ talis est, ut ipsum comminantem, si modo plenus absolutusque Dominus sit, non æquè planè modo eodemq; gradu, quo promissio promittentem, & c. obligare sive astringere possit. Dico* generatim, *item* per se: *quia in certis quibusdam casibus, seu comminationum speciebus, & per accidens, aliter fieri potest. Si enim absolutè ac præcise certo delicto certa pœna à superiore constituta, & per comminationem pariter, utraque promulgata sint: jam sine injustitia, hoc est, sine læsione veritatis, ac constantiæ, eas omittere aut mutare non poterit, & proinde necessario eas implere debet.* Summa.

Summa hæc sit: Deum, ut supremum absolutissimumq; Dominum non aliter ad præstandum aliquid aliis extra se obligari,

quam vel promittendo, vel comminando, &c. [illegible] *obligationem esse firmiorem quippe* duplicem [illegible] *tatis & constantia divinæ; alteram ex ipsa* [illegible] *formali professam:* hic autem [illegible] *esse quippe simpliciter sive nudam tantum, puta ex sola* [illegible] *tis ac constantia sive* [illegible]. *Vide plura apud* Francisum Suarez *in Opuscul. Theolog. de libertate divinæ voluntatis, disp. sect. 2, pag. 132 & seqq. præsertim pag. 1?7. Item de Justitia Dei, sect. 3, pag. 1?? & seqq. præsertim pag.* [illegible] *& sect. 6. per totam.*

Ad Thesin 45. 49. 50. & 51. *Quoniam in S. literis utrumque diserte passim docetur: &, quod Deus in decretis seu consiliis suis* immutabilis *sit, utcunque hominis unquam* pœnitudine [illegible] *digna ducatur: &, quod idem tum promissiones tum comminationes suas interdum* revocet, *seu* retractet; *& quasi* pœnitentiâ *quadam tangatur (De illis vide Psal. 33. & 115. Esa. 14. & 46 Num. 23. & 1. Sam. 15. item Rom. 11. &c. De isto vide Gen. 6. Num. 14. item 1. Sam. 2. & 15. item Ezech. 18. Jer. 18. Matth. 18. &c.) operæ pretium fore fuerit, hanc apparentem* Antilogiam *dextre solvere, & loca Scripturæ in speciem pugnantia rite conciliare. Quod quidem alii aliter facere consueverunt. Nos autem per utramque hanc distinctionem, in Thesibus expositam, commodissime fieri posse existimamus. Quæ de re nonnihil etiam diximus disputat. 6. de voluntate DEI: ubi distinctiones illas voluntatis* Signi *&* Beneplaciti, *item* Antecedentis *&* Consequentis, *præcipue vero* Absolutæ *&* Conditionalis *&c. inter alias exposuimus: idque potissimum hoc fine, ut manifestum faceremus, Deum, quidquid præcipit, aut prohibet, promittit, aut minatur &c. id omne vere serioque velle, uti verba recte intellecta præ se ferunt: nec proinde ullam ipsi* hypocrisin, *aut* falsitatem, *aut* dolosam deceptionem *ulla ra-*

Quæstio de [illegible]

Responsio

tione

plane asseverandum esse: neque semper, & pertinaciter modo, ex ipso eventu de antegressa DEI voluntate iudicium nobis ferendum esse, sed accurate in singulis casibus spectandum, quid, quatenus & quomodo DEUS, vel ipse de nobis facere, vel a nobis fieri velit, &c. Idem hactenus ad hypothesin propositam apte accommodandum est: prout in his Thesibus factum putamus. Ubi non modo inter promissa & minas, sed etiam inter duo promissorum genera, sic distinximus, ut minas quidem semper conditionatas; promissa vero interdum absolute, interdum conditionata esse, tum ratione tacita, tum auctoritate Scripturae aperta ostenderimus. Recta enim ratio docet, iniustum esse, malum poenae proprie dictae (nam calamitatis, seu miseriae, in genere acceptae, alia ratio est) alicui vel minari, vel infligere, nisi fiat cum respectu peccati, seu cum conditione culpae: quando solum peccatum vera & proxima poenae causa sit. Eadem ratio similiter docet, Superiori semper licere beneficia sua, sive pure, sive sub conditione, alii per promissionem obstringere: quia liberalitatem & gratiam erga alios, praesertim egenos, exercere semper licitum est. Testimonia vero Scripturae pro utraque hac sententia satis in Thesibus exposita sunt, ut non hic ea repetere nobis necesse sit. Dilucidatio.

Unde iam applicatio ad hypothesin perfacilis est: quando scilicet Thesi 3 proposuimus: ubi DEUM absque ulla inconstantia aut levitatis nota, tum promissiones, tum minas suas interdum retexere seu finalem earum eventum impedire, aut retardare hoc possumus argumentis clare docemus: quod ipse, in suo aeterno atque immutabili decreto, hanc ipsam sententiae tam latae revocationem, aut retardationem, seu etiam suspensionem, tales evenire voluerit, quoties iusta utriusque causa exstiterit, de quarum conditionis, quibus ipse tum promissa, tum minas suas si non aperte, saltem tacite circumscripsit, ex parte nostra defuisse videret. Nulla igitur hic vera mutatio fit in ipsa Applicatio.

DEI voluntate, integrè acceptæ, sed tantum, pro mutatis hominum qualitatibus, aut actionibus, tanquam proximis [illegible] à DEO hypotheticè decretorum causis, rerum [illegible] mutantur: itaq; juxta tenorem integri decreti, à DEO jam olim facti. Tantum abest, ut levitas, aut fallitas aliqua, quæ in Deum nostrum cadet, vel in speciem hinc concludi possit.

Citatio. *Porrò quod de* conditione, *vel* expressâ, *vel* tacitâ *diximus, id quoq; non indiligenter hoc loco notandum est; quippe non exiguum habet in prædicta Scripturæ conciliatione. Etsi enim* comminationes *quædam* absolutè *proponi videntur, eventus tamen vel eandem docet,* conditionatas *reverà fuisse. Vide in* Abimelecho *Gen. 20. 3. & seqq. in* Achabo *1. Reg. 21. 29. in* Ezechia *2. Reg. 20. 1. 5. in* Ninivitis *Jonæ 3. 4. & 4. 1. &c. Similiter de* promissionibus *illis Num. 14. & 1. Sam. 2. & 13. judicandum est: quippe in quibus* expressa *conditio nulla est, sed quæ tamen ex ipsa Naturæ lege subintelligi potest. Nisi fortè dicere malimus, DEUM ad inrescindendis* comminationib. *prorsus esse liberum, quum per eas alteri jus non quæratur, &c. Sed hoc tamen veritati ejus adversari videbitur, quæ Thesi 17. docetur. Itaq; tutius est, priori responsioni simpliciter inhærere.*

Justitia Cōmutativa, & Distributiva. Ad Thesin 52. 53. 54. 55. 56. *Celebris est, & suo loco verissima,* Aristotelica *illa particularis justitiæ distributio in* Commutativam, *&* Distributivam: *quarum illa potissimum versatur in mercandi commerciis, & similibus cōtractibus, ubi exacta rerum æqualitas, juxta proportionem* Arithmeticam *servatur:* hæc *verò præcipuè in honoribus, ac præmiis, itemq; pœnis, pro diversa personarum dignitate, ac meritis, juxta* Geometricam *proportionem, distribuendis occupatur. Sed tamen hæc divisio ad* divinam *justitiam non satis aptè referri potest: tum, quia* commutatio *propriè dicta, inter Deum & nos, siquidem exacta rerū æqualitas spectetur, reverà exerceri nō potest:*

tum,

tam, quæ distributioni præmiorum, non tam dignitati, ac merito nostro, ut alii putant dicto, quam gratuitæ DEI dignationi ac liberali promissioni, tanquam fundamento suo nititur. Interim si metaphoræ, ac catachreses, hic quædam requirantur, & prudenter juxta mentem Spiritus S. rebus propositis aptentur, videntur, non incidetur adhuc de vocabulis ipsis litigandum. Deinde si nō potest, aliquid saltem analogū veræ commutationi Arithmeticæ, utraque distributioni Geometricæ, in ipsa justitia divina, præmiorum judiciaria, praxi atque exercitio reperiri. Nam & mutua quædam inter DEUM, & nos, data simulque accepta est: licet ex parte nostra desit ipsa exacta æqualitas rei ad rem, qualis in commutatione proprie dicta requiritur, quæ quidem juxta proportionē Arithmeticā rigide instituenda est. Similiter inspicienti patet, nō modo verā ac propriā esse rationē DEI præmiorū inter homines distributionem ex pacto DEI proficiscentem, sed & dignitatē aliquā ex parte nostra (licet nō exacte præmiis æquivalentem, neque etiam à nobis ipsis originaliter profectā) in negotio salutis ab ipso DEI Spiritu agnosci, ac prædicari.

Quomodo [illegible] Patres.

Itaque per metaphoram, vel simplicem, vel catachresticā, utraque hæc justitiæ species ipsi etiam DEO non prorsus absurde tribui possit. Ut quidem antiqui Patres, absque ulla insitantia scrupulo, sæpissime utramque DEO tribuant: dū inter alia, mercedem bonis operibus in lucem æternam apud Deū promereri; cœlū pro iis ab ipso Deo mercari; pro peccatis præteritis Deo satisfacere, lacrymis, precibus, ieiuniis, &c. commissa crimina expiare & quasi compensare, &c. passim in homiliis ad populum, inque Epistolis, & aliis scriptis suis (quod negari nec debet, nec potest) inculcare non dubitāt. Qui Tertulliani, Cypriani, Hieronymi, Augustini, &c. item Origenis, Basilii, Chrysostomi, Macharii, &c. scripta saltem obiter lustrarunt, ii rem ita se habere ultro fatebuntur. Sed tamen iidem Patres (quod Pontificii studiose dissimulare hic solent-

Patres phrasin quandā excusantur.

ac sensibus ita ferantur, has metaphoricas, & interdum parum commodas phrases illi usurparunt, ut praedicationem fatiscere videatur, qui improprie, certe de causis (& potissimum ad curationem suorum auditorum, tum ad excitandum, movendum, animumque inducendi, ac pugnandum, contra segnitiem pietatis, ex animo nostro ad aedificandum, &c.) illos, inquam, de causis improprie potius, quam proprie loqui voluisse. Id quod in Patrum lectione sedulo animadvertendum est, praesertim quum de antiquioribus agitur, qui ante exortam Pelagianorum haeresim multo securius, de viribus arbitrii humani in operibus salutis, deque meritis ac dignitate operum nostrorum coram DEO, &c. quam posteriores Orthodoxi loqui solebant: sicut vel ex unius Augustini scriptis, praesertim Tomo 2. & 7. cognoscere videre licet. Has igitur antiquiorum Patrum phrases, licet interdum satis incommodas, non simpliciter damnamus: sed ex ipsorum Patrum mente, quam ubique passim in eorundem scriptis expressam per metaphoras, aliosque commodos tropos, ad sensum commodiorem inflectimus. Atque ita demum (ut ut ad propositum, unde non nihil deflexinius, iam revertamur) utramque hanc justitiam, de qua nunc agitur, in Deo non illibenter agnoscimus: nec de vocabulis, aut locutionibus, ubivis cum quoquam rixari cupimus: dummodo res ipsa juxta sensum Scripturae, recte pieque tandem utrinque explicetur, & DEO sua gloria & nobis humilitas nostra, item conscientiae tranquillitas, ut par est, semper illibata conservetur.

Elenchus alterius Papistica.

Hic vero Pontificii nobis adversa fronte obsistunt: quippe qui nullam hac in parte improprietatem, aut catachresin agnoscere volunt: sed omnia veterum dicta, quoquo modo huc pertinentia, omnino rigide ac proprie, uti sonant, sic Patrum quidem scriptis declarationibus attentis, accipere solent: atque inde porro utramque hanc justitiam, non modo Distributivam, sed & Commutativam, propriissime dictam, in DEO esse

simpliciter

simpliciter agnoscendam esse concludunt: denique hanc sententiam firmanda non pauca Scripturae dicta, partim omnino aliena, & impertinentia, partim etiam ipsa metaphorice seu tropice exornata, contra perpetuam Spiritus S. mentem, & totius Evangelicae doctrinae harmoniam, turpiter detorquent. Ita ut palam non inanis logomachia, *seu* verbalis *quaedam pugna, sed maxime* realis *et seria inter nos & illos controversia, super hoc negotio agitatur.*

Quod ut tanto liquidius appareat, Argumenta quaedam ex praecipuis adversus istam Papisticam *opinionem aliter hic exponemus. Et* primo quidem *contra justitiam* commutativam, *proprie dictam, quae* DEO *respectu nostri, in sensu proprie dicto, attribui solet, haec aperte militant.* 1. *In omni vera, & proprie dicta* commutatione, *oportet est* exactam *invenire a*equalitatem *rei ad rem, ita ut accipiens tantidem reddat, quantum antea accepit. Hoc enim* Arithmetica *proportio requirit, ut notatum est. At nos aequivalens pretium* DEO *pro beneficiis ab ipso datis, & porro dandis, retribuere nequaquam possumus, quod omnes sanctissime semper ore agnoverunt. Vide Genes. 32.* Minor sum cunctis beneficiis tuis. *Psal. 16.* Benignitas mea non pervenit ad te. *Et Psal. 116.* Quid retribuam Domino, &c. *Sic Rom. 8.* Non sunt condignae passiones nostrae futurae gloriae. *Et cap. 11.* Quis prior dedit ei, ut retribuatur ipsi &c. *Ergo nec est, nec esse potest, inter Deum & nos talis rerum commutatio: ergo nec exercitium justitiae commutativae; ut quae circa commutationem istam tota occupetur.* 2. *Ubi pars una &* simpliciter, *&* perpetuo, *alteri obligata est, ita ut nihil dare, vel praestare possit, ad quod non multiplici jure teneatur, ibi non potest esse vera & propria rerum commutatio. Nam ut* debiti *solutio, non est justa veri* pretii *pro merce traditio. Et qui* Creditori *satisfacit, is per hoc nihil proprie meretur, &c. At nos omnia nostra & simpliciter, & perpetuo Deo debemus:*

Argumenta [illegible]

1.

2.

debemus, & quidem multiplici nomine, puta jure Creationis, Conservationis, Redemtionis, *&c. Vide Malach. 1.* An non filius honorat Patrem, & servus Dominum &c. *Et ad Animam ipsi jure utrumque ad hoc tenemur. Vide etiam Luc. 17.* Cum feceritis omnia, dicite servi inutiles sumus, quia fecimus quod facere debuimus, &c. *Ergo non datur vera inter Deum & nos commutatio, saltem in negotio salutis, & quidem gratis*

3. *sequenda.* 3. *Ubi mera gratia, & misericordia, seu gratuita* liberalitas, *ex parte dantis, evidenter apparet, & gloriatio omnis ex parte accipientis excludit, ibi justitia commutativa exerceri non potest. Nempe, quia gratia* indebita; *commutationis autem* pretium *debitum est. At illud utrumque fit in negotio nostræ salutis, teste universa Scriptura. Vide Rom. 3.* Justificamur gratis, &c. *Eph. 2.* Gratia servati estis, per fidem &c. *Tit. 3.* Ex misericordia sua servavit nos, &c. *Ergo nulla hic vera commutatio est. Vide etiam Rom. 4. de duplici mercede,*

4. *quarum una ex gratia, altera ex debito datur. 4. In vera seu verè Arithmetica commutatione oportet* utramque *personam aliquid* dare, *& vicissim* accipere; *& quidem aliquid tale, quod antè nō habuerit, immò quo indiguerit, &c. At Deus, utpote per naturam* αὐτάρκης, *omnipotens, & summè beatus, nihil à nobis aut accipit, aut accipere potest, quod antè nō pleno jure habuerit, aut quo ipse indiguerit, &c. Immò quæ à nobis accipere dicitur, ea prior nobis dedit, &c. Vide Psal. 24.* Domini est terra, & plenitudo ejus: *item Psal. 50.* Meus est orbis, & quidquid in eo est, &c. *Sic Act. 17.* Non indiget rebus nostris, sed ipse dat omnibus omnia, &c. *item Rom. 11.* Quis prior dedit illi, ut retribuatur ei? &c. *Ergo inter Deum & nos vera & propriè dicta commutationis justitia in exercitio ipso esse non potest.*

5. *5. In eadem Arithmetica commutatione necesse est utramque personam æquivalens aliquid dare de suo*

proprio

propriè quia fenus non erit commutatio rei pro re, nec in illa æqualitas rei ad rem, &c. At nihil à nobis DEO dari potest, ex nostro proprio, quod videlicet à nobis ipsis, extra DEI liberalitatem, habeamus: juxta illud 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? &c. Item illud Jaco. 1. Omne bonum donum est desursum, &c. Nisi fortè peccata DEO nos dare de nostro dicamus: quod nimis absurdum est. Ergo, &c. ut suprà. 6. Rursus in eadem vera commutatione oportet utramque dationem esse propriè dictam, h. e. ita comparatam, ut rei datæ alienationem, seu dominii translationem reverà includat: sicut in emtione & venditione, & similibus contractibus, satis apparet. At talis datio in Deum reverà non cadit: quippe qui seipsum universali, sive immenso ac supremo, rerum omnium dominio privare non potest. Ergo, &c. Atq; hæc contra istam speciem propriè acceptam, ut dictum est, sufficere possunt.

Porrò hæ rationes etiam contra distributivam justitiam æternam urgeri possunt, quatenus in eo quidem propria nostrorum operum dignitas, seu condignum meritum, ab Adversariis defendi solet. Alioqui non illibenter eam admittimus, si ita declaretur, prout in Thesi 48. factum esse putamus. Nullam impropriam hic nulla per se deprehendi potest, si modò imperfectiones omnes, quæ in humana distributione interveniunt, à divina separentur: id quod fieri posse nemo sapiens negaverit. Iustitia & Divina.

Ad Thesin 57. 58. 59. 60. De vero hujus doctrinæ usu, item variis abusu satis in his Thesibus explicatum videtur. Pauca tamen quæ obscurius in iis dicta sunt, hîc illustrabimus. Quod igitur Thesi 57. de timore DEI, contra securitatem: item quod Thesi 58. de fiducia erga Deum contra diffidentiam, inter præcipuos usus affertur, id totum ex illo verissimo principio petitur quod qualis unusquisque est, talia velit, dicat, & faciat, &c. Quare quum Deus per naturam justus & æquus sit, necesse Usus & abusus doctrinæ.

est, cum justitia ubique amare, approbare, ac tueri, contraque injustitiam nimirum odisse, evertere, ac tandem pro merito juxta legem suam punire, &c. Unde speciosa illa postulata, quæ hodiem supprimuntur, sua sponte corruunt. Quæ tamen omnia ita accipienda sunt, ut nec absoluta DEI potestas, nec liberrima ipsius bonitas, nec ullum præterea aliud essentiale ipsius attributum, per sinistram illorum explicationem obscuretur, aut in dubium vocetur. Quod quidem facilè fieret, si nec DEO certas justè agendi leges ne ascribere, aut justitiam ipsius per omnia humanæ justitiæ, præsertim judiciariæ, conformare vellemus.

Antidotū erroris. Itaque Thesi 9. velut antidotum huic errori corrigendo proponitur, dum ad modestiam, ac reverentiam, in æstimandis quibusvis DEI operibus, ac judiciis, hoc argumentum obiter afferetur: quod æquissima DEI Voluntas nobis pro Regula justitiæ in his omnibus habenda sit, quæ juri ac dominio ipsius subjecta sunt: quodque non uno, sed vario modo, ac respectu, justitia DEI nobis meditanda sit: prout ipse, vel simpliciter ut Deum, Creatorem & Conservatorem omnium, vel ut summū Dominū, vel ut propitium Patrem, vel denique ut justum Judicem sese erga nos gerere solet. Quare si quid Deus fortè agere videatur, quod humanæ justitiæ, præsertim judiciariæ, minus conforme esse videatur, statim cogitandum est, inter utramque justitiam, divinam scilicet & humanam, idem ferè, quod inter Deum, & homines interesse: nec Deum esse instar Judicis jurati, sive ab alio constituti, & legibus à superiore latis obnoxii: sed judicia sua, prout supremum Dominum decet, pro sua unius voluntate (justissima quidem illa, & sapientissima, sed tamen liberrima) in universo mundo diversimode exercere.

Regula iu-dicandi. Semper igitur ad integram, sive universam DEI naturam, simul & voluntatem, in verbo patefactam, nobis respiciendū

est, quoties

est, quod si verum ac salutarem aliquem fructum ex divina iustitiae meditatione referre cupimus. Absque ut fiet erit, ealiter fa-ciet, quia subinde in varios errores, & perniciosos longeque horribiles abusus, incidamus. Cujusmodi v. gr. tres illi sunt, qui Theologis ac speciatim in Pontificiis notantur. Hi enim, dum utramque illam humanae justitiae speciem, Commutativam dico, & distributivam, proprie ac formaliter (prout ab Aristotele in Ethicis descriptae sunt) ipsi DEO inhaerere contendunt, nec possunt non inania illa commenta, de veris nostris, & sufficientibus apud Deum satisfactionibus; deque condignis operum nostrorum meritis; denique de perpetua salutis, ac gratiae justificantis incertitudine, &c. tanquam corollaria ex suis principiis, aut hypothesibus mutuis per varias consequentias deducere: prout jam supra satis animadvertimus. Nam uno dato absurdo (ait Aristoteles 1. Physic. 2.) plura deinde alia consequi necesse est. Quare qui tutus ab ejusmodi erroribus esse cupit, ex solo DEI verbo logice tractato, & hic & alibi, sapere discat: neque temere quaevis Philosophorum praecepta, aut alia quorumvis hominum praejudicata dogmata, tanquam regulam & amussim, in examinanda divinae justitiae ratione sequatur; sed contra potius omnes omnium hominum hypotheses ad solum illud infallibile veritatis criterium, puta verbum DEI, cum recta ratione tractatum, accurate perpendat & in dubiis quidem judicium suspendat: in apertis autem, & perspicuis quod verum est, amplectatur, quod falsum est, aversetur. Et tantum de usu & abusu.

Ad Problemata. Quia in hisce problematis sunt haec quaedam Affirmative, aut Negative, aut distincte, sive alternative declaratione, pro summaria Responsione efferuntur: idcirco haec in aliqua hic asserenda est, ne quid obscurum, aut dubium, Lectoribus relinquatur. Sic igitur ad singula Respondendum esse putamus. Ad primum. Nullum in S. Scriptura locum reperiri, ubi vera Responsio ad Problemata.

& propria DEI justitia, hoc est, rectitudo & æquitas, natura & propria ejusdem misericordiæ, hoc est, benignitati, & mansuetudini, velut è diametro opponatur, non solum ex inductione omnium locorum, quæ de utraque hac DEI proprietate agunt (quæ quidem hîc nimis prolixa foret) sed etiam ex ipsa utriusque rei natura, perspicuè patet: quippe quarum una nullo modo alteri contraria, sed arctissimè potius eidem conjuncta est, sicuti mox ad quintum amplius dicetur.

Objici tamen quædam hîc possunt: Et præcipuè quidem locus ille Rom. 11. v. 22. Vide igitur benignitatem & severitatem DEI, &c. Hîc enim apertè inter se opponuntur χρηστότης & ἀποτομία, hoc est, benignitas & severitas, &c. Sed Responsio plana est, si quidem ambiguitas vocum attendatur. Nam hæc severitas non essentialem DEI justitiam, verùm effectum ejus, per se contingentem, declaravit, & contraria benignitas non ipsam naturalem bonitatem, sed voluntariam seu liberam DEI clementiam hîc designat prout ex serie, & ipso contextu, manifestum est. Sic Jac. 2. opponuntur judicium, & misericordia, &c. Sed judicium illud de pœna dicitur, non autem naturalem DEI justitiam, propriè & per se primò significat. Sic Rom. 2. sic Jerem. 13. 14. item cap. 15. & 18. Sic Ezech. 7. 9. item Nah. 1. &c. item Zephan. 1. 15 &c. item Esa. 9. 17. & 10. 25. sic Psal. 78. & 85 & 86 &c. & passim alibi, ira seu vindicta, item indignatio, & furor, & rigor DEI, tanquam contrarium opponitur ejusdem misericordiæ, &c. At S. litera justitiæ nomine nunquam vocat iram DEI: etsi hæc ipsa perpetuo justa sit, ut vulgo notum est, &c. Sed res plana est.

Solutio objectionis.

2. Ad 2. Justitiam & misericordiam, in sano aliquo sensu invicem opponi posse, tum ex vulgari loquendi usu (qui tamen per se non sufficeret) tum ex æquipollentia quadam rerum vocabulorum quæ hîc usurpari solent, non ineptè probari potest. Sic-

enim

nim justitia *metonymicè, pro ira, & vindicta seu severiore* DEI judicio; *& similiter* misericordia, *pro actuali gratiæ* largitione, *sive* indulgentia, *&* remissione, *tropicè accipiatur: tum Antithesis admitti potest, atque debet. Etsi vero catachresis hic non obscura in voce Justitia est, tamen res ipsa intelligi facilè potest: ut quæ ex eo orta videatur, quod* Justitiæ *proprium putamus, servare semper exactam proportionem, & rigidam æqualitatem, tam in pœnis quàm in præmiis, cui similiter semper tacitè cujus contrarium facere jubet* clementia, *quæ compassionē quandam, & Vindictæ semper in se habet condonationem: prout alibi suo loco ostendimus. Itaq; de* vocabulis *non admodum laborandum est: dummodo* res, *&* sententiæ *ipsæ, rectè ac diligenter ex* DEI *Verbo explicentur.*

Ad 3. *Ex collatione locorum Exo 20. & 34. item Psal. 51. & 77. & 86. & 103. & similium aliorum, abundè patet,* iram *Dei aliquando intendi, & remitti posse, imò prorsus etiam deponi, sive abjici posse. item illam sæpè cedere* misericordiæ *& gratiæ. Vide & Psal. & Thre. 3. &c. Cùm enim (quod sæpe fit) Deus suo iure nō utatur sed peccatoribus ex gratia parcit: tum* ira gratiæ *cedit, &c. Et hoc sensu* Musculus *& alii,* justitiam DEI *(pro ira sumtam,)* misericordiæ *locum subinde cedere, rectè tradunt.* 3.

Ad 4. Quum justitiæ, *propriè dictæ, officium sit,* suum cuique tribuere *&* fidem dictis præstare, *&c. id verò unicuiq; demum justè conveniat, quod ei Deus in lege naturæ, & speciatim ipso verbo suo, constituit: hic autem justis* præmia, *injustis* pœnas, *nisi resipuerint, at si resipuerint,* veniam *&* gratiā, *disertè ordinaverit: omninò consequitur, ejusdem justitiæ diversa interdum, immò contraria, effecta dari posse: nisi* præmia, *&* pœnas, *item* parcere *&* punire, *&c. diversa, immò contraria esse, negare velimus. Deniq; quidquid Deus agit, id per justitiam suam non minus, quàm per sapientiam & potentiam* 4.

suam agit. Sive igitur humiliet, sive exaltet, sive emolliat, sive induret, sive vivificet, sive occidat, &c. id omne justitiae ipsius consentaneum esse, eiq. contraria huius esse illa effectiones.

5. Ad 5. Si utraq. vox in propria significatione juxta Scripturam sumatur, non dubium est, quin Aquinas hoc haec recte scripserit. Nam & Psal. 145. diserte dicitur, Deum in omnibus operibus suis & justum & misericordem, seu benignum esse: & idem etiam ex collatione versus 8. 9. & 17. clare liquet. Si autem in omnibus operibus Deus talis est, sequitur, nullum tempus esse, in quo non utraq. illa DEI proprietas sese exserat. Et ratio docet, aliter fieri non posse: quum Deus aut praeter, aut contra suam proprietatis agere nunquam possit, &c. Vide Disput. 3. an[illegible].

6. Ad 6 & 7. Distinctio est haec: De essentiali justitia hoc
7. dici non posse, saltem proprie, sed tantum improprie, hoc est, ratione operationum, vel effectuum: De ira autem & vindicta Dei, contrariaq. gratia & clementia, verissime hoc dici: prout Exod. 34. Psal. 86. Jon. 4. &c. constat: ubi Deus multus misericordia, sed tardus ad iram esse dicitur, hoc est, promtior & facilior esse ad condonandum & gratificandum, quam ad puniendum & perdendum, &c. Itaq. huic irae semper contraria est misericordia, ista indulgens, seu peccatoribus parcens quae etiam non est Dei essentialis, sed effectum voluntatis ipsius, etc. Vide supra in th[illegible].

8. Ad 8. In justificando videtur quidem Deus merum agere Judicem; quia veram in ea & judicialem actionem exercere solet. Sed revera tamen Dominum absolutum simul agit, hoc est, non agit instar puri & [mera] Judicis, qui scilicet impium, nimirum vel minimum peccatorem, licet resipiscentem, nunquam justificat: prout Exod. 23. & Deut. 25. item Prov. 17. dicitur. At Deus hic agit ut absolutus Dominus, de suo iure liberaliter remittens, uti Matth. 18. dicitur. Et sic passim, praesertim in Psal. 130. & 143. &c. severum DEI iudicium deprecantur. Vide

etiam

plum Jobi 9. 15. Judicantem, inquit, me deprecabor &c. *Et propterea Rom. 3. & 4. & passim, dicitur nos Deus gratis, absq; operibus, hoc est, ex pura, seu indebita gratia justificare. Nempe, ut intelligamus, non agi hîc nobiscum ex rigore juris, secus praecisa Legis sententia, ubi Deus, tanquam juratus Judex, necessariò sit alligatus, sed juxta gratiosam Evangelii sententiam, qua Christum gratiae Thronum, per fidem, in sanguine ipsius, nobis proposuit, &c. Ut non immeritò Auctores isti scripserint,* Deum in hoc negotio, *(aliquatenus saltem)* personam Judicis deponere, &c. *Item,* non ad judicii, sed ad gratiae Thronum justificationem nostri gratuitam pertinere, &c. *Atq; haec etiam de Problematis istius sufficiant.*

Finis hujus IX. Disputationis.

Notae ad Disputationem X. De Amore, Odio, Ira, caeterisque DEI affectibus.

Ad Thesin 1. *Haec postrema Disputatio de Natura DEI, praecedentium quaedam appendix, & plenior exegesis, haud immeritò dici possit: praesertim* sextae, octavae, *&* nonae. *Quae enim hîc de* Affectibus *DEI disseruntur, maximam partem ad certas divinae* Voluntatis, *item* Bonitatis, *&* Justitiae *species, satis commodè revocari possunt. Interim quia haec Dei Attributa, modo dicta, simpliciter & per se, absq; affectibus illis sapissimè consideranda veniunt: ipsi verò affectus, eidem seorsim & per se accepti, peculiares quasdam in DEO, sive virtutes, sive operationes, hactenus pro dignitate nondum satis explicatas, ut plurimum designant: ideo materiam hanc speciali* Ratio hujus disputationis.

Tractatu

*Tractatu proponendam esse putauimus: ut tanto perfectius vniuersam DEI Naturam, prout in S. Scriptura passim describitur, ad ipsius DEI gloriam, & fidei nostræ confirmationem, cognoscere queamus. Neq; hic obstat, quod multi affectus, propriè loquendo, DEO attribui posse videntur. Solere enim meta-*phoricè, *aut* metonymicè *id fieri apud omnes in confesso est. Horum autem troporum aliquam in DEO rationem, seu causam, reperiri similiter fatendum est. Quam quidem in singulis speciebus eruere indagare, non minimi laboris, in genere autem nō exigua in Theologica professione felicitatis est. Denique quisquis istum negatiuum rectè perpenderit, non sine graui causa peculiarem huic Materiæ Disputationem à nobis destinatam esse, vltrò fatebitur. Res enim ipsa vtilitatem simul & præstantiam suam indicabit. Meritò autem vltimo loco de* Affectibus *DEI agitur: quippe qui maximam partem, non tam naturales in DEO qualitates, quàm præcellentes virtutes, & voluntarias operationes significant: vel saltem quàm proximè ad opera DEI voluntaria accedunt; à natura autem & essentia DEI, nudè citra energiam externam accepta, longius quàm alia superius explicata DEI attributa recedunt: Sicut ex sequenti singulorum deductione perspicuè patebit.*

Quæstio Ad Thesin 2. *Magna & intricata quæstio est, vtrum* Amor, Ira, Odium, Spes, Desiderium, *cæteriq; affectus in Scriptura DEO propriè tribuantur, an impropriè. Rationes enim, simul & Authoritates, in vtramque partem afferri solent. Plurimi Neoterici negant; & quidem hoc argumento freti, quod affectus omnis sit accidens creatum, &c. Alii tamen affirmant. Et inter hos; vni, apud veteres quidem* Lactantius *in lib. de Ira DEI, item* Tertullianus *&* Cyprianus *in lib. de patientia, & alii plures: apud recentiores autem,* Melanthon, Musculus, *aliiq; non pauci: qui verè & propriè dictos* amoris, iræ, odii, &c.

affectus

affectus (sed sine humana tamen infirmitate acceptos) in DEO *residere agnoscunt. Nos ita rem in medio relinquimus, ut his tamen potius quàm illis accedamus. Horum autem præcipua ratio* Dubia. *duplex est.* Una, *quòd Affectus isti formaliter & per se, citràque omnem extrinsecum, siue accidentarium defectum considerati, bonitatem ac perfectionem aliquam declarent; in* DEO *verò, tanquam perfectissimo, & præcipuo omnis boni fonte, perfectiones omnes residere oporteat, &c.* Altera, *quòd* DEUS *affectuū omnium in Angelis, & hominibus præcipuus Auctor sit, eosque ab initio naturæ nostræ complantauerit: ac proinde saltem analogū aliquid nostris affectibus in ipso reperiri necesse sit: quum fieri non possit, ut Ens aliquod formaliter à* DEO *procedat, quod non aliquo modo, puta eminenter, & secundum virtutem analogā, in ipso præexistat, & consequenter suam in ipso veritatem habeat, naturæ diuinæ consentaneam. Ad contrariam autem ob-* Sol. object. *iectionem isti respondere solent; non omnem* affectum *esse accidens creatum: sed eum tantùm, quem suprà, Creaturis ab ipso* DEO *insitum esse, diximus. Quomodo etiam* vitam, potentiam, sapientiam, bonitatem, *&c. in* DEO *quidē increatas proprietates, in nobis autē creatas qualitates, esse novimus.*

Interim non omnes affectus, quicunque DEO *in sacris li-* Cautio. *teris adscribuntur, præsertim quatenus actualem energiam significant,* DEO *propriè* naturales *esse; aut ex ipso iam ab æ*terno *in ipso fuisse asserimus; sed quosdam inter actiones merè voluntarias, quæ demum in tempore* DEO *accidunt, numerandas esse putamus; licet eorum omnium principia quædam, & quasi seminales virtutes, in* DEO *semper extitisse fateamur. Qua de re suo infrà loco commodius plura dicemus. Nūc satis sit obiter hanc Thesin ita declarasse, ut veram eius sententiam Lectores haud difficulter assequi possint.*

Regula igitur hæc, quæ in ipsa thesi ponitur, minime quæ, Affectus vere in DEO esse, sed tamen non eo modo esse negat, quo in nobis sunt, videlicet cum infirmitate, hoc est, humanos passiones sive vera perturbatione, & vitio coniunctos. In nostris enim affectibus tria *quædam sæpe concurrunt, quorum unum tantum DEO tribuendum est. Nam* primò *quædam sunt per se bona, & suo modo perfecta: v. gr. ipsum amare, & sperare, quod bonum, contraque odisse, & metuere, quod malum est, &c. Et hæc per se ipsa etiam DEO insunt; & quidem prius & perfectius, quam nobis, uti dictum est.* Deinde *in nostris affectibus quædam sunt, imperfectionem significantia, sed tamen absque morali vitio aliquo, seu peccato: v. gr. quòd amamus, odimus, tristamur, &c. cum aliqua animi perturbatione, seu passione, dolore, & ægritudine, &c.* Denique, *sunt interdum quædam in iis moraliter mala, seu prorsus vitiosa, quæ non à natura, sed à consuetudine peccandi, sive saltem à prauitate libera, proficiscuntur: v. gr. quòd amamus mala, odimus bona, &c. aut quòd nimium, vel parum, aut non debito modo & fine, amamus, aut odimus, &c. Hæc autem* utraque *prorsus à DEO removenda sunt: quippe & vitii, & infirmitatis, ac vera passionis omnis experte, adeoque per Naturam simpliciter immutabili, perfectoque beato, sicut vel ex Disputatione tertia satis superque constat.*

Divisio affectuum. 2. Ad Thesin 2. *Non desunt veri docti, qui plures Affectuum divinorum* species *afferre solent, easque in* duo *summa genera distribuunt: quorum* primum *eos complectatur, qui affectuum nostrorum, proprie dictorum, analogiam evidentem habeant;* alterum *eos, qui virtutib. moralibus, item proprie dictis, analogice respondeant. Sub isto* posteriore *comprehendunt, iustitiam, misericordiam, patientiam, mansuetudinem, &c. Illud vero* prius *in duo alia genera subdividunt: quorum* uno *affectus primi, ac præcipui, v. gr. amor, odium, benignitas, gratia, &c.* Altero

affectus

affectibus orti, ut secundarii, v.gr. gaudium, dolor, displicentia, ira, zelus, &c. continuantur. Sit ista. Sed, quod eorum pace dixerim, ipsum affectus vocabulum nimis universaliter usurpant, dum justitiam, bonitatem, & similes virtutes, ad illius notionem referunt. Et licet res per se non magni momenti sit, usitata tamen loquendi ratio non facile deserenda est. Sic autem aliter hæc distributio institui posset. Affectus DEI vel circa bonum *versantur, idq; vel* præsens, *ut lætitia, seu gaudium, vel* futurū, *ut spes, & desiderium; vel* utrumque, *ut amor: vel circa* malum, *tum per se* simpliciter *consideratum, idq; unde vel* præsens, *ut tristitia; vel* futurum, *ut metus; vel* utrumque, *ut odium; tum* respectivè *ad hominem, cui inest, & qui propter ipsum castigandus, vel puniendus est, ut ira, & zelus, & quæ his quasi contraria sunt, lenitas, & patientia. Aliter etiam hi divini Affectus distribui possunt: quod vel circa partem animæ* cō-cupiscentem, *vel circa* irascentem *(humanitus ita dictas) suo modo versentur: quidq; ad* priorem *classem Amor, Odium, Spes, Metus, &c. ad* posteriorem *Ira, Zelus, pœnitentia, &c. pertineant. Sed in his parum est situm. Cæterum à plerisq; affectus omnes referuntur ad Attributum* Voluntatis, *cujus scilicet energiæ, sive operationes quædam sunt. Itaq; facultas eadem est, & quasi fons omnium in DEO affectuum, videlicet facultas volendi: quæ etiam amandi, irascendi, & aversandi, &c. facultas est. Immò ipsum amare est quasi vehementer velle: odisse, quasi vehementer nolle: irasci, quasi velle simul & nolle, velle videlicet pœnam, nolle autem salutem & felicitatem, &c. Alii rursus alio, atq; alio modo has distributiones instituunt. Sed, ut diximus, parum in his subtilitatibus situm est, dummodo ipsas Affectuū species, ex suo quamq; proprio sive adæquato objecto, & diversis operandi modis, exactè cognoscamus. De quo jā deinceps agetur.* b.

Amor, qui primus affectus.

Ad Thesin 4. *Initium hujus Tractationis ab Amore rectè factum fuit. Hic enim affectus non modo præstans inter omnes est; sed & fons quidam cæterarum esse videtur. Nam præterquam quod primus ac præcipuus consistit voluntatis actus est amare, reliqui etiam affectus hinc emanare solent. Sic v. g. odium eatenus ex amore oritur, quatenus rem amatam vel lædi, aut lædi ægrè ferimus. Sic ira, & spes, &c. ex eadem scaturigine procedunt; & quidem propter rationem aliquam, in amoris affectu fundatam, sicut ex inductione constare patet.*

Significatio vocis.

Accipitur autem hæc vox tripliciter in S. literis, 1. pro benevolentia, & beneficentia 2. pro complacentia, vel approbatione, 3. pro obedientia, vel prompta subjectione. Quæ quidem significationes non omnes huic loco conveniunt, sicut ex re ipsa liquet. Et

1. prima *quidem ubique usitatissima est: quia propriè dictus Amor est potissimùm Affectus benè alicui volendi, & benefaciendi. Et hactenus optimè ac propriissimè DEO convenit: quippe qui omnibus creaturis, quæ quidem tales sunt, semper benè vult, & benefacit: immò qui & sibi ipsi benè vult, & benefacit, non quidem ut indigo; sed ut dignissimo, simul & aptissimo amari, &c.*

2. *Est etiam Amor interdum delectatio, sive approbatio, & digna æstimatio rei, cum voluptate quadam hinc oriente ut plurimum conjuncta. Et hoc sensu quoque revera DEO convenit: tum sui ipsius, tum rerum conditarum respectu: quippe qui & seipsum, & omnia opera sua, pro suo quæque statu approbare, dignéque æstimare*

3. *re solet. Denique, Amor in nobis, respectu Superiorum, maximè Dei, significat aliquando observantiam, & obedientiam promptam atque hilarem, qua nostrum erga Superiores animum declarare cupimus. Vide 1. Joh. 5.* Hæc est charitas *DEI*, ut mandata ejus servemus, *&c. Item* Joh. 14. Si quis diligit me, præcepta mea servabit, *&c. Hoc autem sensu Amor DEO non convenit: quippe qui superiorem non agnoscit, immò nec parem. Er-*

go primus

& prima tantùm, & secunda significatio, hîc locum habere a.
putanda sunt. Sed utraque tamen activè duntaxat, non etiam passivè, in DEO consideranda est. Etsi enim amor, seu charitas DEI, etiam illa in Scripturis appellatur, qua nos DEUM diligimus, sicut loca in Thesi citata ostendunt; b. non tamen hæc significatio ad affectum in DEO residentem, sed tantùm ad nostram erga DEUM affectionem explicandam pertinet. Et vulgò notum est, ejusmodi genitivos nō semper ipsam inhærentiæ subjectum; sed interdum objectum, aut causam efficientem, aut certā rei speciem, aut aliud simile quidpiam denotare. Sūma sit: Amorem DEI hoc loco, juxta usitatissimum Scripturæ stilum, pro ipsa activa DEI complacentia, & benevolentia, sive pro affectu approbandi, & benefaciendi, aptè usurpari. Cujus Amoris species, & proprietates, seu mavis diversi actus, & gradus, in seqq. amplius exponuntur.

Ad Thesin 6. Etsi Scriptura activum DEI Amorem nunquam, quod sciam, ad ipsum Deum, tanquam ad objectū, in quo ille vires & energiam suam exerceat; sed semper ad Creaturas, præsertim rationales, & inprimis ad homines, referre solet: non dubium tamen est, quin etiam priore sensu DEO attribui possit, immò debeat: propter rationē in Thesi satis explicatam. Neq; verò semper necesse est, ut omnis omninò veritas, etiamsi ad ipsam DEI naturam pertineat, in S. literis expressè nobis reveletur. Ut enim nō semel alibi diximus, Scriptura magis in necessariis fidei capitibus, quàm in subtilibus & abstrusis de DEO sententiis, licet aliquî verissimis, occupari solet. Magis autem necessaria nobis est divinæ voluntatis, quàm essentiæ per se consideratæ, notitia. Et vicissim hujus, quàm illius cognitio longè subtilior atque abstrusior est. Interea negari non potest, aliquam saltem utilitatem ex hac divini Amoris indagatione oriri posse (si modò ipsa legitimè instituta-

Amor Dei [illegible]

Probatio 1.

tur, & rerum [illegible] semper insistat) [illegible] ut Naturam [illegible] mam & Voluntatem DEI, tantò planius ac distinctius cognoscere, tantòq; facilius errores, etiamsi forte minimos (quippe qui tandem maximi ac periculosissimi fieri solent) declinare queamus. Ad rem igitur ipsam quod attinet, etiam in DEO quadā-
2. tus sit diversum, Dispositio energetica, sive charitas [illegible] tia, aeterna ac necessariò agnoscenda est: sed quae tamen à [illegible] generatim sic dicta, item à [illegible] in specie sic accepta, itemá [illegible] passim in Scripturis magnifice praedicata, plurimùm differat. Actus enim merè naturalis, & absolutè necessarius, dicitur esse in Amore DEI erga seipsum: quia sicuti per naturam aliter fieri non potest, quin se ipse semper, qualis & quantus sit, excellentissime cognitum habeat: ac proinde seipsum, ut optimum & perfectissimum, maximè appetat, ita maximè afficiatur: immò sibi ipsi quàm optime velit, & optimè faciat, nempe tribuendo sibi omnia summa & maxima, h.c. beatitatem & gloriam suam omnibus rebus, ut libenter, ita meritò &
3. necessariò, semper anteferendo. Et licet hoc ipsum in Nobis, aliisq; Creaturis, vitiosum sit: quia videlicet superiorem habemus; & proinde in nobis conquiescere non debemus: in DEO tamen & sanctum, & laudabile est: quū universa Ratio clamet, & aequissimum & necessarium esse, ut summum bonum, perfectè cognitum, etiam in summo gradu à cognoscente ametur, &c. Necessariò igitur eatenus DEUS seipsum amat, quatenus voluntas omnis necessariò fertur in finem suum ultimum: perinde ut intellectus necessariò assentitur primis principiis, &c. Vide Disputat. 6 de Voluntate DEI erga semetipsum.

Amor erga Creaturas.

Ad Thesin 6. & 7. Hîc demum activus ille Amor DEI, quem Scriptura ut plurimum, immò semper, nobis commendare solet, nempe Amor erga Creaturas, & praesertim erga Ange-
2. los, & Homines, quasi per partes, & species, explicari incipit,

Et hic

Et hîc quidem duabus Thesibus id potissimum agitur, ut Amor ipse, pro duplici vocis significatione, duplicem in DEO affectum notare, duplicemque in Creaturis effectum exserere, sive dupliciter in DEO, simul & Creaturis, efficax esse intelligatur. Quãquam enim Amor DEI erga Nos Creaturas, aliquando simplicem ipsius complacentiam, sive approbationem declaret: per quam scilicet fit, ut DEO Creatori & Redemtori nostro placeamus, sive ut DEUS Essentiam & qualitates nostras (quatenus ab ipso sunt) approbet, atque per se delectetur: aliquando autem actualem DEI erga nos benevolentiam, ac beneficentiam importet (quarum illa quidem earum DEO naturalis est, quatenus ipsius naturæ simpliciter ac necessario consentaneum est, ut omne bonum approbet, inque eo acquiescat; hæc autem extrinsecus voluntaria est, quatenus ipsa beneficiorum distributio à mero DEI beneplacito pendet) hinc adeò fit, ut sub eodem Amoris vocabulo duplex DEI erga nos affectus, & in nobis effectus, per Scripturam nobis insinuetur. Et priorem quidem affectum Hebræi per vocem Chaphetz, posteriorem verò per nomen Ratzon indicare solent. Significat enim Chaphetz ejusmodi voluntatis actum, qui cum desiderio & voluptate quadam conjunctus est: sicut v. gr. Psal. 1. dicitur hominis justi voluntas (chephetz) esse in lege DEI, &c. quod nihil aliud est, quàm justum hominem lege DEI delectari, eamque ut sanctam approbare, inque ea meditanda, & opere ipso præstanda, dies noctesque occupari: prout ibidem quasi per exegesin additur. Sic Psal. 5. dicitur, Non es Deus volens (Chaphetz) iniquitatem. Nempe quia Deus peccata nunquam probat, nec in illis ullo modo delectatur, licet adeò patiens & ipse & eorum Auctoris (prout ibidem additur) tametsi volens ea permittit, & ad bonum finem ordinat, &c. Sic Ezech. 33. extat verbum Chaphetz cum adverbio negandi, in illo celebri dicto: Nolo mortem peccatoris, &c. Significatio duplex. Chaphetz.

toris, &c. Ubi sensus simplicissimus est. *Non approbo per hunc actum peccatores, nec eorum ipsi ut delector, &c. Nam aliquid certum est, DEUM nolle tandem peccatores impunitos, pro justitia sua manere: atque ita mortem eorum aliquo modo, & in specie velle. Hæc igitur Amoris significatio, vel potius energia, per vocem illam significata, DEO eatenus* naturalis est *(ut diximus) quatenus omne simile naturaliter suum simile diligit, præsertim parens sobolem, &c. immo quatenus simpliciter impossibile est, ut DEUS ullam ex Creaturis suis (quà videlicet talis est) simpliciter & absolute oderit, sive aversetur & improbet. Vide Sapient. 11 & 12. prolixe. Cæterum* altera vox (Ratzon) *favorem gratuitum, seu benevolentiam, ac benignitatem DEI actualem, ex puro beneplacito profectam, præcipue usurpat. Sic v.g. Psal. 5. in fine,* Coronabis eum Ratzonecchia, *h.* e. favore & benevolentia tua, *&c. Atque hoc sensu Amor DEI sæpissime pro ipsius erga nos gratia, & misericordia, seu benignitate actuali sumitur. Vide* Joh. 3. Sic Deus dilexit mundum, *&c. Tit. 3.* Postquam apparuit Dei benignitas, & philanthropia, *&c. Huic autem Amori* libertatem *eatenus adscribimus, quatenus extra se nihil operatur Deus ex absoluta naturæ necessitate, sed omnia ex beneplacito facit & libera voluntate.*

2. Ratzon

Summa.

In summa: DEI Amor erga Creaturas dupliciter duplex *est: partim propter duplicem actum formalem, partim etiam propter duplicem adjunctum modum, seu propriam qualitatem. Amat enim DEUS virtutes, & alia talia,* approbando: *ipsos autem homines, & Angelos, etiam* benefaciendo. *Et illud quidem eatenus facit* naturaliter, *quatenus posita re aliqua bona & perfecta, necesse est simul poni divinam ipsius rei approbationem, ac complacentiam; sive quatenus DEO naturale est, omnia per se bona probare, iisque delectari. Illud autem ex* libera volun-

tate &

tate facit, quatenus DEUS nemini sic, vel aliter, benefacere te-netur; sed pro suo nutu & beneplacito facit, ac benefacit, quibus, & quantum, & quomodo vult. Verum quidem est, non posse i-psum alia ratione velle, h. e. amare, aut benefacere, quidquam fac-ere; atq; hoc generali & absoluto sensu non inepte dici posse, ipsum naturaliter benefacere, sive beneficentiam ipsi naturalem esse. Sed cum ipsæ inter se creaturæ variè comparantur, cúmq; ad spe-ciales modos, ac circumstantias beneficentiæ venitur, tum liber-rima DEI voluntas sese exerit, sicut ex Disputatione 8. plenius ista intelligi possunt. [illegible]

Ad Thesin 8. & 9. Nulla planè Creatura, immò nullum omnino Ens, usquam existit, quod non aliquatenus à DEO ame-tur, & quidem dupliciter: tum quoad essentiæ, & qualitatum naturalium, approbationem; tum quoad beneficam sui conser-vationem, &c. sicut in Thesi 8. declaratur. Unde consequitur, nullum Ens simpliciter DEO exosum, aut invisum esse: puta quatenus essentiam aliquam habet, à DEO donatam. Quod i-gitur DEUS impios odisse dicitur (Psal. 5. & 11. &c.) id tantùm ratione impietatis fit; non autem quà sunt homines simpliciter. Item, quod aliquos nondum etiam natos (Rom. 9.) odisse dici-tur (quanquam id ex loco illo Rom. 9. perspicuè probari non po-test) id de figurato odio, h. e. de minore dilectione, non autem de odio propriè dicto, h. e. de vera & simplici abominatione, accipi-endum est. Quo sensu etiā Nos, & parentes, & animas no-stras odisse jubemur Luc. 14. &c. Dici etiam potest, Materiam primam, ex Philosophorum hypothesi loquendo (hoc est, posito, quod non sit à DEO creata) nihilominus etiam à DEO amari, qua-tenus & ipsam, ut ens per se bonum, sive ut rem in natura neces-sariam, simpliciter approbat, & aliquid ex ea creando, sive ipsam informando, quasi perfectam & pulchrā efficit. Ita nihil omni-no erit, etiam juxta Philosophos (excepto solo peccato) quod Deus Amplitu-do divini amoris.

[illegible] non aliquatenus amet. Inaequalis tamen est DEI amor erga Creaturas: tum quoad beneficentiam, tum quoad aestimationem, sive approbationem. Nam & impariter Deus Creaturis benefacit: & pro imparibus bonitatis, quae iisdem jam indidit, gradibus ipse eas inaequaliter aestimat: sicut ex gradatione illa, quae Thesi 9 affertur, abunde perspicuum est.

2. Amor erga homines. Ad Thesin 10. Multos aliquàm multos divinae Philanthropiae gradus observat. Sed hi tres tamen praecipui sunt, 1. Creavit DEUS homines ad suam imaginem, bonos ac felices, & velut Deos quosdam terrestres. 2. Eosdem jam lapsos non avertit, & spem gratiae, ac salutis iis praebuit, in gratiosis V. T. promissis. 3. Tandem misit iis filium suum Christum Redemptorem, ut omnes omnino credentes per eum liberati à peccatis, vitam habeant aeternam. Et hic gradus postremus iterum multas in se partes continet: videlicet 1. quod DEUS filium suum dedit nobis absolutissimum Doctorem, seu Prophetam, & praeconem aeternae salutis. 2. quod eundem pro nobis in mortem exposuit, & hostiam pro peccatis nostris, sive hostiam expiatoriam, fieri voluit. 3. quod eum ipsum nostro bono à mortuis excitatum, ad suae Majestatis dextram evexit, eique absolutam ac supremam potestatem nos in aeternum servandi donavit. 4. quod denique hanc gratiam suam quotidie in Evangelio nobis tum annunciari, tum efficaciter exhiberi, sive reipsa offerri curat: & sic, quantum in se est, servare nos omnes studet: salva semper manente tum veritate & justitia sua, tum libertate & contingentia nostra: sicut alibi prolixius ostensum est.

3. Amor erga electos. Ad Thesin 11. Electi in S. literis semper illi sunt, qui vere Credentes. Nam antequam fide praediti simus, non statuit ille discrimen aliquod actuale inter nos, & alios incredulos, sive actu reprobos, &c. Quin potius omnes ex aequo homines, quatenus & quamdiu peccatores sunt, inimicos DEI, & irae filios, ap-

pellat:

possent: & viceßim iuxta gratiosam Euangelij doctrinã, omnibus ex æquo, præsertim sub N. T. gratiam DEI salutarem esserant in Christo: ut qui omnibus in ipsum credentibus servator à DEO destinatus sit, sive qui omnibus sub conditione fidei servandis in mundum venerit, &c. At postquam resipisse homines cœperit, iam longè magis amantur à DEO, quàm alii: ut qui dilectionis causam maiorem iam in nobis habeamus. Unde obiter apparet, amorem DEI etiã aliquo modo oriri à nobis, h. e. causam alicui aliquam à nobis proficisci: sic tamen, ut eã ipsam causam DEO principaliter, tanquam eiusdem auctori & promotori summo, acceptam ferre debeamus. Quare neq; simpliciter verum est, quod vulgò à multis dicitur: hominem non placere DEO propter bona opera, aut virtutes suas; sed contrà, propter personã ipsa opera placere. Dico, non simpliciter quia certo respectu verißimum hoc a Axioma esse fatemur. Nam opera ceremonialia quidem, immo quælibet externa, nonnisi respectu personæ, iam verè conversæ, DEO placent. b Attamen persona ipsa tantò semper DEO gratior est, quantò magis internæ pietati, verisq; bonis operibus ipsa studuerit. Unde Gen. 4. dicitur Caino: Nonne si bene egeris, eris acceptus? Et Abel Heb. 11. per fidem Deo placuisse, & præstantius sacrificium quàm Cainus obtulisse dicitur, uti & Enoch. &c. Ex natura autem contrariorum aliter fieri non potest, quia Deus, uti propter impietatem odit impios, sic propter pietatem amet pios: tametsi amor DEI erga pios aliasque plures sui causas habet, & originaliter ab ipso DEO procedit: quum odium contrà, propriè dictum, & unicam sui causam habeat, videlicet peccatum; & proinde originaliter à nobis ipsis emanet, ut qui peccando causam odii DEO præbeamus. Quod discrimen hoc loco diligenter observandum est.

Ad Thesin 12. Etsi S. Angeli videntur nobis esse viliores, a Amorem [illegible] S. Ange[illegible]

ut qui dicantur nobis aliquo modo servire, Psal. 34. & 91. Heb. 1. revera tamen nobis sunt praestantiores, *ac* DEO *longe similiores, ac proinde etiam* DEO *chariores. Nostra enim beatitudo perfecta olim in eo consistet, quod similes erimus Angelis, prout Matth. 22. & Luc. 20. videre est: similes, inquam, in immortalitate, & gloria caelesti: quae ipsa & sapientiam, & justitiam perfectam, & alia id genus dona beatorum propria includit. Serviunt igitur nobis Angeli, non ut servi Dominis, sed ut parentes Liberis, & Reges subditis, & Praeceptores discipulis, &c. Sed haec servitus (si ita vocanda est) vera quaedam Dominatio est, qualis etiam S. Angelis in Scriptura tribuitur. Vere enim dominantur Angeli in haec inferiora. Unde &* Throni, *&* Dominationes *&* Principatus, &c. *in S. literis appellantur. Eph. 1. Coloss. 1. &c. Vere etiam immortales, beati & gloriosi sunt: quippe qui reipsa jam filii* DEI *sunt (Job. 1. & 38.) videlicet perfecta illa ratione, qua nos in hac vita nondum sumus filii* DEI. *Unde filiationem adhuc expectare dicimur, Rom. 8. hoc est, corporum redemptionem, seu beatam resurrectionem, ut ibidem exponitur.*

5. Amore erga Christũ. Ad Thesin 11. *Quum* Christus *sit unigenitus, ac proprius & connaturalis* DEI *filius: qualis scilicet praeter ipsum nemo vel in caelo, vel in terra est: ideirco postremus, ac summus, divinae charitatis gradus in ipso recte statuitur. Sic enim paulatim ab imperfectioribus ad perfectiora progrediendum est, ut tandem in gradu perfectissimo consistamus. Etsi enim Christus, qua Deus est, inter Creaturas haud quaquam est connumerandus: nihilominus tamen qua homo est, & qua Mediator à* DEO *constitutus est, etiam huc referri debet. Hoc autem respectu etiam unicus & singularissimus* DEI *filius appellari debet, ut notũ est. Quare etiam hoc sensu ipsa* DEI φιλία *(ut sic appellemus) non inepte in* tres, *vel* quatuor, *species subdividi posset: quarum* Prima *ad amorem hominis, in primaeva Creatione, sive integritate considerati*

fideratos: Secunda ad omnes omninò credentes, qui actu & speciè electi dicuntur. Tertia ad sanctos Angelos, simul & homines ἰσαγγέλους, seu perfectè beatos: Quarta deniq; ad solum Christum, unigenitum DEI filium, accommodanda est. Hunc solum κατ' ἐξοχὴν filius dilectus, sive dilectionis, in Scriptura vocatur, in quo videlicet Pater unicè acquiescit. Matth. 3 & 17. & in quo, sive per quem, nos cæteri DEO grati & accepti efficimur, Ephes. 1, Colos. 1, &c. Etsi autem elogium hoc ἀγαπητοῦ plerumq; ab aliis ad solam divinitatem Christi restringitur: tamen ex re ipsa apparet, de ἀνθρώπῳ totaliter accepto, sive in persona Mediatoris considerato, optimè etiam intelligi posse. Christus autem ita dici videtur, ob tres præcipuè causas: tum quia verum & vivam suî imaginem, seu gloriæ suæ resplendentiam & expressam substantiæ suæ formam, in ipso Deus assiduè intuetur (Colos. 1. Hebr. 1.) quam non potest non constantissimè amare: tum, quia Deus ipsum ex singulari erga nos amore, per ipsum tamen filium exhibendo, jam inde ab æterno Servatorem toti mundo destinavit (1. Petri 1.) &, ut Mediatorem designatum singulariter amavit (Joh. 17.) atq; ita in tempore maxima & immensa dona in eum contulit: prout in Thesi recensetur: tum deniq; quia ipse Christus jam homo factus, ex ipsis etiam causam DEO præbuit amplissimè ipsum amandi; videlicet obediendo seu obedientem se ei præbendo usq; ad mortem crucis. Vide Phil. 2. Joh. 12 & 13. &c. Et sic vox illa Patris de Christo Mediatore simpliciter intelligenda videtur, de qua agitur Matth. 3 & 17. quòd videlicet Deus Pater, optimo ac benignissimo consilio, hunc filium suum naturalem elegerit, qui mundi Servator esset: ac proinde maximis eum donis, huic muneri exsequendo necessariis, liberalissimè in humana natura ornaverit: deniq; quòd eundem, ob obedientiam & fundamentum ipsius causæ charissimum semper habuerit, atq; etiamnunc habeat, in quo nostrum plenum ac solidum hunc Dilectionem assequimur.

Christus unicè dilectus.

Punctorum 3. Ad Thesin 14. & 15. *Hæc duo præter a prius sunt in ordi- ne dicendi peringenua sunt. Nam primùm gratuita Dei benevolentia, dilectio & beneficentia, præsertim in negotio salutis, abunde in eis; quæ hoc fundamento sunt sæpius probata est, quod nō tantùm initio quidam in nos DEI beneficia conferantur, absq; ulla fidei & pietatis nostræ intuitu, sed & ipsa fides, & pietas, ex DEI liberali gratia nobis conceditur, & denique, præmium boni pietatis amplissimum citra meritum nostrum, ex gratuita DEI pactione, nobis tribuatur.* 4. *Deinde sapientissimā justissimamq; τάξιν inter varias divinorum donorū (h. e. amoris effectuum) species, seu mavis gradus, observari, ex ipsa rerum Creatarum varietate, & ordinatione amoris erga nos divini exertione (quæ semper à parvis initiis incipiens, ad majora indies incrementa pergit, & tandē ad summā perfectionem progreditur) evidentes satis ostensum fuit. Itaq; res per se plana est. Tantùm opera danda est, ut duo extrema, quæ præcipuè fraudis vitētur.* Elenchus errorum. *In horū uno Pontificios hærere dicimus: qui dum ordinatā illam τάξιν inter Dei beneficia passim in Scriptura prædicari vident, mox opinionē Meriti nostri, propriè dicti, & quidē Condigni, hinc arripiūt; atq; ita gratuitū Dei* 1. 2. *amorē in negotio salutis admodū obscurāt. In altero Pseudo-Evangelici hær. homines quidem Evangelicos titulo tenus tantum gloriantes, imminē securi & profani quidā homines, fidē quandam inanem jactantes, demersi sunt, q. dum gratuitum DEI amorē ubiq; in Evangelio cōmendari audiant, continuò nullā ex parte nostra conditionem præstandam esse, nihilq; aliud ad salutem à nobis requiri colligunt, quàm ut à Deo amari nos in Christo credamus, etiamsi de colenda pietate nihil solliciti simus. In* Media via. *medio autē regia via est, quæ sic gratuitū DEI amorem ubiq; agnoscendū à nobis esse contendit, ut simul tamen ordinem, seu τάξιν, inter ipsos speciales amoris effectus, seu gradus, esse statuamus: & talem quidem ordinem illic agnoscamus, in quo prioris amorē*

posteriores gradus sint causa posteriorum; & hi vicissim illorum effectus: itemque in quo primi quidem gradus citra cooperationem & studium nostrum, ex . . . diriguntur: caeteri vero mediis precationis, & gratitudinis nostrae, sive pio labore & studio, denique recto priorum gratiae usu intercedente, pro justissima & sapientissima DEI ordinatione nobis contingunt. Ita superbia simul et socordia, sive praesumtio simul & pigritia, item prosperitas simul & desperatio, in negotio salutis facile vitantur. Contra vero humilitas gratiae divinae, seu gratuiti erga nos amoris, agnitio & praedicatio, item pia sollicitudo sancte vivendi, & sensum efficaciamque divinae erga nos charitatis retinendi, atque augendi studium, animis nostris instillatur. Quare res in tota Justificationis, & salutis doctrina, usum eximium habet, sicut in ipsa praxi apparet. Usus.

Ad Thesin 14. Distinguitur hic duplex Philanthropia, sive specialis erga nos Benevolentia DEI. Nam quaedam praecedit omnia facta, sive opera nostra: qua DEUS videl. nos in utero matris format, ibidemque simul & postea benigne alit, & conservat: item, per quam ab initio bonum ingenium, sanitatem, robur corporis &c. nobis donat: denique per quam ad veram fidem, & salutem, per varia adminicula invitat, &c. Quo pertinet illud 1 Joh. 4. In hoc charitas est, quod Deus misit filium suum, ut per eum vivamus, &c. Quaedam vero dilectio Dei pietatem nostram sequitur juxta illud Joh. 14. Qui diligit me, diligetur à Patre meo, &c. sicut ex Thesi 11. patet. Sed tamen etiam haec posterior dilectio vere gratuita est, quatenus ipsa Dei gratia causa est illius causae, quam Deus in nobis deinde respicit, cum nos scil. plus quam alios diligit, respectu videl. nostrae pietatis. Hoc tantum interest, quod illa prior nullam habet in nobis causam; sed à mera & sola DEI voluntate pendet: haec autem posterior causam in nobis aliquam habet; ac proinde aliquatenus etiam à nobis pendet; sed tamen absque ratione meriti proprie dicti. Quod postremum contra Pontificios semper notandum est, qui causam istam meritoriam esse fingunt.

Duplex Dei philanthropia. 1. 2.

Gradus in amicitia Dei.

Ad Thesin 11. *Quò quisque DEO similior est, eò ipsi est acceptior, & necessariò quidem, ex ratione superius Thesi 9. allata, quum fieri non possit, quin Deus id semper impensius amet, seu magis approbet, quod in se ipso melius ac præstantius est. Semper enim proportionaliter approbat, quod per se bonum, & ab ipso profectum est. Hinc porrò consequitur ulterior DEI favor, ac benevolentia; juxta illud Proverb. 16.* Cùm DEO placuerint hominis viæ, etiam inimicos reddit ipsi amicos, &c. *Hæc tamen DEI benevolentia, ut jam dictum est, manet omnino gratuita; quia non tenetur Deus absolutè, quem alicui magis approbat, magis etiam reipsa benefacere: nisi quatenus id se facturum promisit. Tunc enim promissum cadit in debitum. Nec tamen hoc DEI debitum arguit aliquod nostrum propriè dictum meritum: quum illud non ex intrinseca dignitate nostra, sed ex gratuita DEI dignatione, & liberali promissione totū oriatur. Id quod iterū cōtra Pōtificios hîc notandum venit.*

3. Porisma.

Ad Thesin 15. *Hujus etiam* tertii *porismatis usus insignis est, præsertim in doctrina Justificationis. Plurimum enim facit ad* pacem *illam conscientiæ, tam consequendam, tum retinendam, quam omnes ex fide justificati erga* DEUM *habere dicuntur, Rom. 5. quippe quæ nulla esse potest, ubi de* speciali *Dei erga nos amore, quo videlicet electos in Christo complecti solet, nulla vera certitudo, sed assidua quædam hæsitatio est. In qua*

Elenchus erroris Papistici.

parte graviter ac perniciosè Pontificii *errant; dum nullam nisi conjecturalem, seu moralem (ut loquuntur) gratiæ divinæ, & Justificationis, certitudinem nobis relinquunt. Quod perinde est, ac si nihil, præter incertam divinæ erga nos charitatis suspicionem, in hac vita nobis contingere docerent. Hic igitur perniciosus error, quia non modò efficaciam divini erga nos amoris, sed & naturam veræ fidei, & proprium Spiritus S. officium prorsus obscurat, & perpetuam piorum conscientiis carnificinā af-*

fert, meritò

fiet, omni studio satagendum est. Contra verò Argumentis, paucis quidem, sed efficacibus, in Thesi prolatis, firmiter tenendum est, nos credentes omnino de ipsa erga electos [illegible] sive de speciali DEI erga se ipsos amore, qui electorum proprius est, persuasos esse posse. Ubi obiter notandum est, amorem DEI erga nos tripliciter in hac materia considerari posse: tum [illegible] generalis est, sive omnium universaliter, h. e. quatenus [illegible] ad omnes creaturas: tum, qua communis est toti generi humano, seu quatenus salutem offert hominibus gratiam accipientibus: tum denique, quâ specialis est erga fideles & electos DEI filios. Et de his omnibus gradibus sibi certitudinem infallibilem haberi posse, statuendum est: ne quis eam ad [illegible] tantum priores gradus astringat. Nam de generali quidem erga nos amore DEI dubitare non possumus, quamdiu sumus, nos esse creaturas ipsius. De communi etiam Philanthropia non est cur ambigamus, quum simus & ipsi homines, quibus omnibus ipsis genus [illegible] filium Servatorem misit. De speciali autem erga electos amore persuasi etiam esse possumus, quatenus signorum electionis, h. e. veræ fidei, & pietatis nostræ, per Spiritum Sanctum nobis conscii sumus. Vide 2. Petri 1. Studete firmam facere electionem, & vocationem vestram, &c. Et Rom. 8. Spiritus testatur spiritui nostro, nos esse filios DEI, &c. item 1 Joh. 3 & 4. Scimus nos esse translatos à morte in vitam, quia fratres diligimus, &c. Quod autē Papistæ objiciunt, non posse nos de salvifica fide certos esse, saltem non in posterum. Ad hoc Respondetur, præsentem fidem suam non magis ignorare fidelem aliquem posse, quàm præsentem impietatem suam aliquis impius ignorat. De futuro autem tempore (unde nobis ipsi dubitare nolumus) similiter esse, quòd optimè semper speremus: quum Deus ex sua parte, nihil non faciat, ad perseverantiam in nobis efficiendam, ut qui opus inceptum suum

Certitudo divini erga nos amoris.

[illegible]

differentem solent [illegible] *Psal.* [illegible] *& a* [illegible] *videre est, sed* [illegible] *de ea, hoc quidem loco satis dictum* [illegible]

[illegible] DEI. Ad Thesin [illegible]. *Has tres affectuum species ideo cum* [illegible] *conjungimus, quia circa idem* [illegible] *objectum versantur* [illegible] *modo convenientiam* [illegible] [illegible] *genuini liberi ex uno parente* [illegible]. *Gaudium quidem DEI* (*quod Hebræis* [illegible] *genere* Simchah [illegible] Salon, *& Malus dicitur, Psal.* [illegible] *&* [illegible] *& 104. &c.*) *est affectus latus, acquiescens in rei bona, & DEO convenientis* [illegible] *v. gr. cum de DEO agitur, in fruitione* [illegible], [illegible] *obedientia* [illegible] *& communicatione bonorum, suis promissorum, & si* [illegible] *justitiæ* [illegible], *denique in interitu rebellium, & hostium &c. Hæc enim præcipua gaudii divini objecta sunt. Vide Psal.* [illegible] Lætabitur Dominus in operibus suis. &c. *Esa.* 62. [illegible] Gaudebit super te Deus, ut sponsus super sponsa. &c. *Jer.* 32. 41. Lætabor super eis, benefaciendo ipsis, *&c. Vide etiam Deuter.* 28. 63. *& 30. 9.* Ubi etiam de lætitia DEI in perdendis rebellibus agitur.

Perfectio [illegible] I. *Porro lætitiæ DEO etiam convenit respectu sui ipsius, & quidem perfecta, maxima, immutabilis, ac perpetua: quippe pari beatitudini* [illegible], *quæ ipsi in Scriptura tribuitur: v. gr. 1. Tim. 1.* Secundum Euangelium gloriæ beati DEI, &c. *item 1. Timoth.* 6. [illegible] Quem suis temporibus ostendet ille beatus, & solus Princeps &c. *Nam quum lætitia nihil aliud sit, quàm* [illegible] *quædam, ac tranquillitas mentis, ex præsentis boni possessione, ac fruitione orta: Deus autem omnia* [illegible] *bona in se contineat, iisque continuò fruatur: idcirco non potest non in seipso, & de seipso lætari. Sed respectu rerum* [illegible], *sive bonarum cum sua felicitate, sive malarum cum sua debita miseria, omnino varia, inæqualis, & nonnunquam interrupta,* [illegible] *ipsa Dei lætitia, prout eius causæ variæ, ac dissimiles, bonæ*

malæ &c.

unde hic ipsi obiiciuntur. Et hic obiter nota, illud Luc. 15. de gaudio in coelo, super conversione peccatoris, &c. videri etiam aliquatenus ad Deum pertinere: quippe qui vere delectatur conversione, & salute nostra, prout Ezech. 33. & alibi passim asseritur.

Ad Thesin 18. Spes generatim accepta, est affectus quidam hilaris, sed in futuri boni exspectatione occupatus, atque eo ipso non perfecte hilaris, quod eiusdem boni praesentia careat. Unde etiam Hebraei Tiquah, hoc est, exspectationem appellant, a qavah, quod proprie est exspectare. Vide Psal. 27. & Zachar. 9. 12. &c. Haec igitur in Deo notat attentam boni alicuius operis, a creatura debiti, & per gratiam Dei praestabilis, exspectationem, boni a creatura, inquam, debiti, &c. Non enim videtur Deo Spes tribui posse respectu sui ipsius. Nihil enim est, quod ipse de seipso tanquam sibi novum quiddam, exspectare possit: unde videlicet ipse melior, aut perfectior, evadere queat: ut qui per naturam perfecte beatus, immutabilis, & prorsus αὐτάρκης est, ab aeterno. At ratione hominum non inepte sperare ea dicitur, quae quidem ipse per se approbat, & a nobis fieri vellet, non tamen, ut infallibiliter ac necessario fiant, simpliciter & absolute decrevit. Sic v. gr. Genes. 6. exspectabat patienter hominum poenitentiam, i. e. sperabat eos vel tandem ad conversionem; adeoque longum tempus ad resipiscendum iis concedebat: teste Apostolo 1. Pet. 3. Nec tamen omnino volebat, ut non possent homines isti non resipiscere. At nec omnino hoc volebat, ut omnino non resipiscerent. Nam neutram a disjunctis partem absolute definiverat: h. e. neque hanc, ut omnino resipiscerent, sive ut inevitabili necessitate ad resipiscendum constringerentur; neque alteram, ut omnino non resipiscerent, sive ut nullo pacto resipiscere possent. Hoc autem unicum tunc definiebat, vel potius jam olim definiverat, ut per gratiam sufficientem, quam ipse daturus erat (salva tamen

Spes Dei.

Dei exspectatio.

i, [illegible] illustrare, [illegible], & [illegible] [illegible] modo ipsi lumi gratia comparari, & illa ipsis dari [illegible]. Similiter accipi debet insignis ille locus Esa. 5. [illegible] Deus ipse testatur, se quidem uvas è vinea sua expectasse, & [illegible] tantùm labruscas invenisse, &c. hoc est, interprete ipso Deo, iustitiam & vitae puritatem se à suis sperasse: sed iniquitatem & flagitia ubique deprehendisse, &c. quod aliud se sperasse, vel [illegible] praeter omnem spem accidisse. Sic etiam accipienda est parabola illa Christi Luc. 13. de [illegible] apud Dominum [illegible], ut ficum, jam diu sterilem, ad tempus adhuc tolerasse vellet, &c. Sic denique illa spectatio DEI patientia intelligi debet, quâ in impios [illegible] diu tolerandis, & poenitentia eorundem multis [illegible] annis expectanda, quotidie exercet. De qua vide Ro. 2. & 9. & praesertim 2. Petri 3. &c. Patiens est erga nos, nolens ullos perire, sed omnes ad poenitentiã tendere, &c. Quin etiam huc referri possunt omnia illa Scripturae loca, in quibus Deus homines praesertim fideles ac pios, tentare, sive animos ipsorum explorare, aut probare dicitur; prout Gen. 22. Deut. 8. & 13. item Psal. 17. & 26. &c. videre est. Haec enim tentatio spem bonam aliquam [illegible], contingenter à nobis futuri aut praesupponit, aut necessario secum trahit: quam frustra circa animos exploremus, à quibus nihil omnino boni expectamus.

Objectio. Sed hîc admodum gravis difficultas incidit, in conciliando divinae praescientiae certitudine, cum hac ipsa divina spe, seu futurorum contingentium expectatione: Aut enim ipsa, futuris aliquid, DEO incerta sunt, quae sic sperare, vel expectare dicitur: aut non verè & propriè, sed [illegible] tantùm, sperare dicitur. Quorum utrumque, quanquam non aequaliter, absurdum videtur.

Responsio Responsio ad hanc objectionem non eadem ab omnibus affertur: nonnulli quidem DEUM non propriè, sed impropriè sperare, vel expectare dicunt; atque ita [illegible]

Gordium

[illegible]credimus si de vere fidelibus credamus. De qua merito dubitari li-cet. Plenius autem respondere videntur, qui etiam quidam in genere universam DEI scientiam esse dicunt: scientia tamen, in parte certitudinis causas in visione praesentium, ac praeteritorum, quam in praevisione futurorum contingentium, quo scientiam, atque ita horum spem sive exspectationem, comparatas vi loquun-tur, aliquatenus incertam esse statuunt: nempe quatenus ipsa o-pera, quae futura sperantur, nondum re ipsa exsistunt: imo quatenus respectu suarum causarum, à quibus proximè sive immediate pendent, merè contingentia sunt, h. e. tam non fieri, quam fieri possunt: nec per absolutum aliquod DEI decretum ad alterutram partem praecise determinata sunt. Quae sane respectu vera & propriè dicta spes, sive exspectatio, DEO ascriberetur. & simul tamen tam generali praescientiae ipsius certitudini (generali, inquam, pro cujusque objecti natura) non temerè derogari potest. Vide plura superius Disput. 5. de Scientia & Sapientia DEI: ubi haec quaestio prolixius explicata fuit.

Ad Thesin 19. Quod jam modo de spe, sive exspectatione DEI diximus, idem suo modo de optatione, seu desiderio DEI statuendum est: quae & ipsa est voluntas DEI quaedam absoluta, vera tamen & seria, circa res per se bonas, à creatura debitas & per DEI gratiam praestabiles, &c. qua certè in hoc rerum genere major, & constantior esse non potest: ut quae non sint capaces absolutae alicujus in DEO voluntatis. Unde ipse etiam Deus de his rebus ita loquitur, quasi non possit quidquam amplius in iis agere: videlicet impediente hoc ipsum generali ipsius decreto, jam de talibus rebus semel facto. Sic Deut. 5. Quis dabit, inquit, ut timeant me &c. Quasi dicat. Ego quid egi, ut sint pii, & salvi: imo feci ad eam rem, quidquid salvo decreto meo facere possum. Sed quia ipsi sibi desunt, optarem aliquid ipsis hic posse aliquid prodesse, &c. Saltem ad [illegible]

De [illegible] Dei.

si quis dabit, *&c. idem valere, ac si dicas*, Utinam *aliquis* [illegible]. *Et sane apertissimam optandi particulam* [illegible] *interdum usurpat, v. gr. Cum Psal.* 81, 14. *& Esa.* 48, 18 [illegible] *Utinam, inquit*, Israel obtemperasset mihi, Ac Utinam populus meus agnosceret, &c. *prorsus eodem modo, quo Christus Luc.* 19, 42. Utinam, *inquit*, intelligeres quæ ad pacem tuam faciunt, &c. *Denique, hoc desiderium* [illegible] *DEI, etiam sine his particulis, toties indicatur, quoties ipse vehementibus hortationibus & obtestationibus, ad pœnitentiam* [illegible] *ea sola expetere, sive ea plurimum delectari, & præmiis eandem cælestibus ornare velle, perspicue docet.* [illegible] *18. & 33.* Nolo mortem peccatoris, &c *Item*, Cur moriemini domus Israelis *& alia. Esa.* 1. *&* 55. *&* 58. *&c. Item Jerem.* 3. *&* 7. *&* 18. *&c. Vide etiam* 2. *Cor.* 5. Deus vos hortatur per nos, *inquit Apostolus*, ut reconciliemini Deo, *&c. Obiectio de infallibili DEI præscientia, quæ etiam hic* [illegible] *plus, iam satis dissoluta esse videtur. Itaque pergendum est.*

Odiu. Dei. Ad Thesin 20. *Sicut* nolle *naturaliter in objecto contrario oritur ex* velle (*addito actu indirectum, & negativum, ex directo, & affirmativo*) *sic* odium *oritur ex* Amore. *Nam qui vere amat, v. gr. felicitatem, is non potest non odisse infelicitatem: sicut nec justitiam studiose persequi aliquis potest, quin eadem opera fugiat injustitiam: prout Psal.* 34. *&* 45. *item Esa.* 1. *&* 2. *videre licet. Quum igitur Deus seipsum, & omne bonum, naturaliter amet, non potest non contrarium malum odisse.* [illegible] *videtur autem ab aterno aliquis odii actus in DEO fuisse:* [illegible] *quum statuerit Deus homines ita liberos condere, qui ipsi grata, vel ingrata facere possent, nec obsidem ipsi quæ* [illegible] *videtur carenda odio fuit, h. e. voluntatis illius indirecta, & negativa, supra dicta, quatenus hæc quidem mera quædam improbatio est. Aliqui quatenus odium ipsam damnationem, sive destinationem-

tionem ad poenam, immò poenam ipsam significat: odium vero [illegible] tali etiam directa dici potest: (id tamen est ex [illegible]) Nam quia Deus peccatum improbat, adeò peccatores punire vult, Dici tamen potest, Deum ab aeterno odium naturale [illegible] exercuisse, quatenus in decreto suo, de rerum quarundam [illegible] iam ante saecula facto, quasdam simpliciter extra se noluit, sive rejicit respectu nudi [illegible] earum contrariarum, quas elegit, sive elegit. Sed haec significatio satis impropria, & forte nusquam in verbo DEI usitata est. Verum enim odium (quod Hebraei Sinnah, Graeci μῖσος appellant) propriè quidem aversationem, sive abominationem, & consequenter etiam realem abjectionem, item punitionem, &c. (si subjectum punitionis per naturam capax fuerit) impropriè verò minorem dilectionem, [illegible] negligentiam, ac praeteritionem rerum jam existentium, nunquam verò (quod sciam) simplicem rei nondum existentis, sive Entis duntaxat possibilis puram omissionem, & quasi negationem declarat. In summa: affectus aliquis verè positivus, (sive propriè & simpliciter, sive impropriè ac comparativè sit dictus) non autem nuda voluntatis privatio, aut actus merè negativus hoc vocabulo insinuatur. Sic Psal. 5. v. 5. dicitur Deus odisse (Sanah) omnes operantes iniquitatem. Id autem mox ver. 7. per verbum abominandi (Tahab) tanquam per aequipollens emphatice explicatur. Nempe ut intelligamus, odisse propriè idem esse quod aversari, & quasi cum indignatione abominari. Unde porrò fit, ut odium etiam poenam eorum, qui poenae capaces sunt, tandem secum trahat: prout ibidem Psal. 5. praesertim in illis verbis, Perdes omnes loquentes mendacium, &c. videre licet. De improprio autem sensu infrà suo loco videbimus. Nunc satis sit, ex notatione nominis ipsam rei essentiam, sive essentialem definitionem, aliquatenus hoc loco declarasse: idque in summa docuisse, odio DEI, propriè dicto, potissimum duo significari: unum aeter-

[illegible] sive abominationem rei causa: tum abiectionem, sive damnationem & gravem punitionem eius, qui rem illam eatenus perpetrare solet. Quam utramque significationem etiam ex Scriptura genuina significationi, quam Amoris vocabulo tantummodo supra diximus, haud obscure probari potest. Quum enim contrariorum sint contrariae definitiones, sive essentiae, & qualitates essentiales, fieri aliter non potest, quin & significationes eorum in eadem latitudine contrariae sint. Quare ut Amor proprie dictus tum rei amatae complacentiam, sive approbationem, tum amantis benevolentiam, sive actualem benignitatem declarat: item contra odium proprie dictum, tum rei displicentiam, sive improbationem: tum personae causa malevolentiam (ut isto sensu vocabulum usurpemus) h.e. voluntatem male alicui faciendi, sive actualem damnationem, ac poenalem reiectionem omnino importat. Atque haec de natura odii divini generatim sufficiant.

Obiectum odii divini.

Ad Thesin 21. & 22. Manichaei olim duo principia summa, bonum, & malum, statuerunt. Sed turpiter haud dubie errarunt, quod summum aliquod malum, quod DEO per naturam ab aeterno contrarium esset, nec ab eo tolli posset, introduxerunt. Si summum malum de materia prima, iuxta Philosophorum hypothesin accepta, tale quippiam dici fortasse potest, quatenus ipsa nihilo vicinissima, hoc est, remotissima a Deo natura est: tamen ipsa non usquam summum malum dici potest: neque ut principium aliquod agens, DEO directe oppositum, agnosci debet. Est igitur primum odii divini obiectum non malum aliquod increatum, sed nec creatum a DEO: verum haeret tamen in creatura profectum videlicet ab ipsa libera creatura primitus, quod malum Culpae ordinarie vocari solet, &c. Quanquam et malum poenae, non minus quam peccatum, odio Dei subiacet: quod aliquatenus etiam potest a DEO creatum dici. Ex quo patet, odium illud ab aeterno in DEO non fuisse, quum

nullum

nullum ab æterno peccatum, nulla etiam pœna fuerit: nec adeò actus esse possit absq; proprio objecto) nisi quatenus ab æterno decrevit Deus ea permittere, quæ suo tempore odio prosecuturus, h.e. reipsa & per se improbaturus erat. Addo tamen obiter ex iis, quæ ad thesin 20. annotata sunt, actuale odium habitum in DEO fuisse ab æterno, quatenus in suis decretis, ante sæcula jam perfectis, quosdam simpliciter ad existendum elegit; quosdam verò reprobavit: sive quosdam omnino esse voluit, quosdam esse noluit. Sed interea dubito, an satis rectè quævis Dei voluntas (ut sic dicam) sive simplex rejectio, aut præteritio, nomine odii divini per nos insigniri possit. Nam ipsa etiam permissio est quædam voluntatis actio indirecta, videlicet non volendi aliquod opus impedire: quæ tamen odii rationem nō habet: ut notū est.

Tantùm logomachia hic vitetur, quæ distinctione quadam odii propriè, & metaphoricè dicti, facilimè tollitur. Nam quæ tanquam minùs bona comparatè nolumus, ea non propriè dicimur odisse, sed ea tantùm, quæ per se, & natura sua nobis invisa sunt, & prorsus ingrata. Peccatum igitur ante omnia, & quidem semper, odit Deus. Permissionem tamen peccati, ut opus suum, semper approbat. Permittit autem peccatum inter alias causas, ut occasionem habeat odii sui actualis exercendi: quippe quod per se bonum est, non minùs, quàm amor, aut alius naturalis affectus. Itaque verè peccatum Deus odit, & quidem ex naturæ necessitate: quia scilicet contrarium bonum justitiæ necessariò amat. Permittit autem id ipsum ex arbitrii libertate: quia videlicet impedire id posset, si vellet. Nec tamen hinc sequitur, Deum ex simplici natura suæ necessitate, citra hypothesin decreti, peccatum condignè semper punire: quū odium in genere dictum exercere possit, etiam perfectè, sine actuali vindicta DEI, sive condigna pœnæ inflictione. Qua de re vide supra Disput. 9. de Justitia Dei vindicativa. L. Peccatū,

12. Ad Thesin 21. & 24. *Sicut primarium divini amoris objectum est, Deus ipse, & bonum justitiæ; Secundarium verò est Creatura, & ejus felicitas: ita contrà primarium odii divini objectum est ipsum peccatum, h. e. malum injustitiæ; Secundarium verò est, Creatura injusta, & huic debita miseria. Et quo momento bonum aliquod amatur, eodem momento contrarium ejus malum odio habetur. Quare etiam* gradus quidam *in ipso DEI odio, adversus inæquales peccatores, non minus atque certi gradus amoris, erga Creaturas inæqualiter bonas, hîc constituendi sunt. In genere tamen omnes* peccatores, *nondum conversi, odio DEI subjecti sunt. Nam quod* H. Zanchius *ait, E*lectos *nunquam esse DEO exosos: id verum duntaxat est de iis, qui jam reipsa sunt electi, h. e. actu ipso. Nam de iis, qui tandem futuri sunt electi, quamdiu nondum credunt, aut conversi sunt, falsum videtur: nisi fortè iis exceptis, quos Deus* singulari *quadam ratione, antequam nati sunt, ad fidem, & salutem, præ aliis eligere, h. e. omninò huc perducere decrevit. Alioqui regula generalis est, quòd omnes impii, & iniquitatem operantes, DEO sint exosi: nec reverà, quamdiu tales sunt, ipsi placere possint. Vide Psal. 5. & 11. &c. Rom. 8. Hebr. 11. &c. Tales autem utique sunt ante conversionem, qui postea reipsa sunt electi, cùm scilicet verè jam in Christum credunt. Impii certè omnes, & operantes iniquitatem, quamdiu tales sunt, simpliciter dicuntur esse Deo exosi, Psal. 5. & 11. Sap. 14. &c. Sed tales non sunt verè* conver*si, & pœnitentes: quippe qui* impiis *semper opponuntur, Ezech. 18. Rom. 5. &c. nec peccatis operam dant, immò ne quidem operam dare possunt. 1. Joh. 3. & 5. quamvis & ipsi interdum adhuc ex errore aut fragilitate aliqua labantur. Psal. 130. & 1. Reg. 8. Jac. 3. &c. Atque hinc est, quòd ante conversionem pii etiam dicuntur fuisse filii iræ, Ephes. 2. quippe filii contumaciæ Ephes. 5. Non autem postea quàm conversi sunt, amplius sic appellantur.*

Peccatores odio DEI subjecti.

Electi ex oppositi.

[illegible]

ubi notatum est. At si ne ira quidem fuit sententialiter minùs odii &c. Vide Tit. 1. & 3. quatenus DEO simus exosi, & quamdiu. Item vide 2. Pet. 2. qui sint θεοστυγεῖς, κατάρατοι *& similes: nempe soli impœnitentes, & impii. Etsi enim legis execratio, quæ odiū DEI includit omnibus quovis modo peccantibus incumbere videtur: tamen revera per Christum ablata est ab omnibus verè credentibus, Gal. 3. Et sanè qui DEO placent (videlicet verè pii, & credentes) ii non possunt eidem esse exosi. Namq; hæc contradictio esset: quum odio haberi nihil aliud sit, quàm displicere, & abominationi esse. Confer Rom. 8.* Qui in carne vivunt, Deo placere non possunt, &c. *Item Heb.* 11. Sine fide impossibile est Deo placere, &c. *Sic alibi passim.*

Ad Thesin 25. *Hæc prolepsis idcirco diligenter notanda est: quia facit ad singularem piorum, sub cruce gementium, consolationem: ne videlicet ex gravitate afflictionum, quas fortè sustinent, statim suspicentur se DEO exosos esse: neq; putent, ex quolibet odio, sive improbatione peccati, necessariò consequi condignam personæ quoquo modo peccantis punitionem: denique ne dicta illa Sanctorum, obiter hic citata, sinistrè accipiant.* Metaphora *igitur, unà cum* metonymia, *hic agnoscenda est: cùm sancti, graviter afflicti, se odio à DEO haberi conquerantur. Quia enim graves pœnas ut plurimum irrogamus iis, quos odimus: hinc fit, ut odio se haberi putent, qui gravissimè puniuntur, vel affliguntur. Sicut etiam* figurata *odii significatio inde promanat, quòd, qui aliquatenus negliguntur, similes ferè sunt iis, qui, cùm exosi sint, penitus rejiciuntur. Vide infrà Thes. 27. Itaque dici posset, istos etiam ex sensu Spiritus loqui; sed tamen figuratè. V. gr. cùm Psal. 73. Asaph à DEO* castigari *seu* puniri *se conqueritur, qui tantùm* affligebatur. *Sic etiam 1. Petri 4.* judicium *pro* afflictione *dicitur: cùm illud à domo DEI inchoandum esse docetur, &c. Nam alibi dicuntur fideles in* judiciū Prolepsis.

nō venire Job. 5. nempe in judiciū dānationis, seu divinæ ultionis.

111 Pœna peccati.

Ad Thesin 26. *Sicut inter* Amoris *objecta, non modo fuit moralis bonitas Creaturæ, sed & Creatura ipsa, & vera felicitas, ipsius pietati promissa: sic etiam inter* Odii *objecta, non modo peccatum, & peccator, sed etiam pœna peccati, numerari debet, &c. Quatenus enim Deus* non affligit ex animo *(prout dicitur Thren. 3. 33.) immò quatenus* alienum opus facit, cùm punit *(ut est Esa. 28.) eatenus rectè dicitur odisse, hoc est, per se revera improbare, & aversari, ipsam pœnam: quippe quā non nisi aliquatenus invitus, hoc est, cum quadam animi tristitia, & displicentia infligit. Quo sensu etiam Gen. 6. assignatus* dolor *DEI, de quo illic agitur, ad punitionem, quam Deus istis futuram prævidebat, referri potest: tametsi potissimùm ad peccatū ipsum, tanquam perditionis mox secuturæ causam, omninò accommodari debet. Singulare verò quiddam, & prorsus extraordinarium est, cùm Deus etiam* lætari *dicitur perditione impiorum: prout Deuter. 28. Proverb. 1. Esa. 1. &c. videre licet. Tunc enim metaphoricè gravissima Dei ira & vindicta præcisè notatur, adversus impios planè rebelles, ac pervicaces, nefariosque, sicut ex variis istorū locorum circumstantiis facilè apparet.*

Odium figuratè dictum.

Ad Thesin 27. *Hæc* figurata *Odii acceptio non parum sanè facit ad quædam difficiliora Scripturæ loca dextrè intelligendum: quæ aliàs vix, ac ne vix quidem, cum aliis in speciem contrariis oraculis conciliari possent. V. gr. quod dicitur Deus* Esauum odisse, *nondum etiam natum Rom. 9. (ut quidem vulgò hic locus accipitur; quanquam tamen aliter accipi possit) id ex historia Gen. 26 de* minore dilectione Esauvi, *commodè explicari debet, saltem potest. Nempe eodem ferè modo, quo* Lea *dicitur fuisse* exosa, Rachel *autem* amata*: quia minùs illa, quàm ista, à Jacobo amabatur: prout Genes. 29. videre est. Sic Deuter. 21. similis locutio extat de duabus uxoribus, altera dilecta, altera* exosa, *&c. Sit denique vitam, & omnia nostra,*

disse jubemur propter Christum Joh. 12. Luc. 14. &c. hoc est, minimus istic renunciare pro amore Christi. Plura vide supra, de generali odii significatione.

Ad Thesin 28. *Quemadmodum* Amoris *cognata, &* Dei = Dei
quasi soboles quadā sunt, gaudium, spes, *&* desiderium: *Sic* odii *comites, & quasi germani liberi sunt*, Tristitia, *seu* dolor, *item* pœnitentia, *&* timor, *deniq;* desperatio, *spei totaliter contraria.* Dolorem *porrò Hebræi vocant* heazeb, *ab* hazab, *quod contristari significat. Dolor enim in genere est affectus tristis ortus ex sensu vel apprehensione præsentis mali, præsertim inspirati, & admodum ingrati, seu valde molesti. Sic Gen. 6.* doluit Deus *de inspirata hominum malitia, &c. Sic Ezech. 18.* dolet *de peccatis, simul & misera impiorum conditione; quatenus hi quidem Creaturæ ipsius sunt. Sic Esa. 1. cùm dicit, se* consolationem *ex hostibus suis sumpturum (videlicet graviter eos puniendo) significat antea se* doluisse, *ob peccata simul & felicitatem eorum, tanquam hostium suorum. Etenim ex doctrina contrariorum satis patet, eum, qui lætatur alicui benefaciendo, aliquatenus dolere, si cogatur eidem malefacere: & vice versa, lætari malefaciendo, si ingratis diu benefecit. Sic Luc. 15. q lætātur de peccatoris conversione, haud dubiè contristantur ob hominis justi defectionem. Et sanè hæc charitatis natura est, ut lætetur, cū res benè geritur, &c. contrà verò doleat, ac tristetur, cùm malè geritur, &c. Deus autem est charitas ipsa, eoq; consistit a possibilibus, & lætatur, & dolet: sed tamen absq; ægritudine & vitio, ut suprà dictum est.*

Ad Thesin 29. Pœnitentia *est in genere affectus tristis, o* Pœnitentia Dei.
quo aliquod inceptum improbamus, ac mutamus, &c. Hæc DEO quandoq; in S. literis diserte adimitur, quandoq; tribuitur. Illud fit, cùm propria hominum infirmitas consignificatur: ut Numer. 23. item 1. Samuel. 15. &c. Istud fit, cùm res ipsa, qui Deo incess, absq; defectu nostro, indicatur: ut Gen. 6. etc. Res enim ipsa recte

intellecta, DEO etiam ipsi vere tribui convenit; quatenus & ipse opera quaedam sua, propter supervenientem aliquam causam sinistratam, vere improbat, deserit, aut mutat: vel quod ipse eas contingentes causas reipsa exstituras, non infallibiliter, sed tantum probabiliter, seu verisimiliter praesciverit (ut quibusdam placet; quam litem tamen non facimus nostram) vel quod eas impedire aut tollere non potuerit (quod omnino absurdum est) vel denique quod praesciverit quidem, & si vult permiserit, tamen aversetur in sese, & propter eas mutare opera sua instituerit. Sic Gen. 6. totalis perditio generis humani, &c. per hanc vocem indicatur. Sed 1. Sam. 15. & Jerem. 18. &c. pro abolitione quadam partiali accipitur. Aliter autem accipienda est, cum causae DEO gratae superveniunt, ob quas ira sua opera mutat: ut Joel 2. Jon. 4. &c. Tunc enim laeta mutatio sequitur, quam alias tristis *esset. Vide etiam Exodi 32. 14. & seqq.* poenituit Jehovam mali, quod dixerat se facturum, &c. *Vox igitur generalis, ut ambigua est, ita prudenter ad diversas materias, in diverso sensu, accommodanda est. Qua de re infrà latius. Interim nota, apud Hebraeos hanc ae*quivocationem *satis ipsa voce notari: quia nimirum à* Nacham, *vel* Nicham, *quod est consolari passivè, vel poenitere, est* Nechemah, *hoc est, poenitudo, vel consolatio, &c. Prior significatio poenitentiam tristem, in bono abolendo: posterior laetam in malo avertendo, significare videtur. Vide amplius infrà de* Ira *DEI.*

Desperatio Dei de impiis.

Ad Thesin 50. *Spei non tantùm* metus, *seu* timor, *sed &* desperatio, *puta de impiis ad frugem convertendis, rectissimè opponitur. Et licet haec non ita disertè DEO tribuatur, ex aliquibus tamen locis haud ineptè colligi posse videtur: & praecipuè ex iis, ubi de pertinaci malitia Creaturae in malo prorsus obduratae agitur, de qua Deus idcircò meritò desperat, h.e. bonam spem abjicit, contráq; statuit, fore ut nunquam ad frugem redeat, & sa-*

lutem

Judæum percipient. Vide Jer. 13. 23. Num mutabit Aethiops cutem suam? aut pardus maculas suas? Ita nec vos, qui malo assueti estis, benefacere potestis. *Sic Eph. 4. 18. 19.* Postquam dedoluerunt, seipsos dediderunt lasciviæ, *&c.*

Metus Dei

Sed de metu DEI expressius S. Scriptura disserere solet. Hunc Hebræi magor, *&* magurah, *appellant: à themate* gur, *quod & peregrinari, & timere significat: quia qui timet, aliquatenus extra seipsum animo peregrinatur, &c. Quod tamen de DEO aliter accipiendum esse constat. Cæterum* Dei metum *in S. literis passim non obscurè significatur. V. gr. Deut. 32. 26. 27. ubi inquit ipse Deus:* Statueram quidem eos disjicere, & memoriam eorum abolere: nisi ferociam hostium veritus essem, ne hostes eorum id sibi arrogarent, &c. *Simile quiddam indicatur, Exod. 32. Num. 14. &c. ubi Mosis ipsum Deum à proposito populi perdendi inter alia revocasse dicitur, argumento metuendi mali eventus: quod scilicet hostes Deum essent calumniaturi, &c. Videtur enim Deus hunc eventum, utpote suâ natura possibilem (posito videlicet generali decreto DEI, de peccatis impiorum permittendis, deque natura hominum libera relinquenda) suo modo metuisse: & propterea à proposito suo recessisse. Et sane Aristoteles rectè in Eth. Nicom. ait, metum esse exspectationem futuri mali; perinde ut spes est exspectatio futuri boni, &c. Ex ratione igitur contrariorum DEO utrumque vel attribuitur. Nam quatenus & quo sensu* Spes *in Deum cadit, eatenus & eodem sensu* metus, *seu* timor, *eidem attribui potest. Interim non sic metuit Deus, ut propriè formidet, aut trepidet, aut viri cujusquam expavescat: quasi videlicet conscius sibi esset alicujus imbecillitatis. Sed tamen in genere loquendo, etiam Deus suo modo aliquando metuit, h.e. meritò suspicatur, & prudenter conjicit, hoc vel illud malum oriturum ex aliquo suo opere, si ipsum fortè procedat; vel, opus ipsum jam inceptum deserit; aut*

rit, aut immutat. Sic Exo. 13. dicitur Deus populū idcirco per ambages circumduxisse, ne si rectà per Philistæos duxisset, reverterentur illi in Ægyptū. Ubi satis innuitur, Deum id quasi metuisse, eoq; præcavere id ipsum voluisse. Et cap. 19. satis sollicitè cavet, ne populus terminum præfixum transeat, ut ne pereat, &c. quasi videlicet illud metueret. Sic Deut. 31. 16. & c. cum prædicit Deus populi peccatum, & obstinatam rebellionem: omnino quasi metuens loqui videtur, h. e. ratiocinans aliquatenus ex præsenti ipsius ingenio de futuro tristi eventu, jubetq; ut Canticum quoddam (de quo cap. 32. sequitur) conscribatur ad testandum contra ipsos, &c. Videtur hic inquam omninò metuisse, populum suo peccato causam ipsi necessariam puniendi daturum fuisse; quam ista ratione præcavere volebat. Item Exo. 33. 2. & seqq. ubi Deus malum eventum aliquatenus metuisse videtur: cum ait, se idcirco Angelum suum populo dare ducem, ne si ipse in castris versetur, & peccatis eorum irritetur, populum statim disperdat.

Objectio hic ferè eadem moveri potest (& quidem speciosa) quæ suprà contra spem DEI afferebatur, à certitudine divinæ præscientiæ, &c. Sed eodem modo solvenda hic est, quo illic soluta fuit. Itaq; non est, cur hic diutiùs immoremur. Tautologia enim meritò tædiosa est.

Ira Dei — Ad Thesin 31. & 32. Iram Hebræi pluribus nominibus insigniunt, sed potissimùm tribus. Generale & usitatissimum est Aph (ab Anaph, h. e. irasci) quod iram, simul & nasum, et faciem significat: quia videlicet iræ signum, omnis sedes aliquomodo est in naso fumante, & facie inflammata, seu vultu excandescente. Unde & nasus DEI fumare dicitur, cùm ipse irascitur, Psal. 18. Alterum nomen est Charon, à Charah deductum: quod vehementiùs irasci, sive excandescere significat: ut Psal. 2. Loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo (sive excandescentia sua) perterrebit eos. Ubi priore loco est

aph posteriore Charon. *Tertium est* Chamah, *quod æstum, sive æstuantem indignationem, declarat, à aliam, hoc iram ardentem. Vide Psal. 6. 1. & Thren. 2. 4. &c. Summa est: Deum in Scriptu-* Duplex ira.
ra duplicem iram attribui, alteram minorem, alterā magis vehementem: quarum illa græcè in N. T. ὀργή, *hæc* θυμός, *et diuage appellatur. Vide Rom. 2.* Ira & furor (*sive excandescentia*) omni operanti malum, *&c. De utraque autem quæritur, an & quatenus in Deo locum habeat. Nam* Stoici *olim, simul & Epicurei, nullam in DEO iram agnoscebant: sed ex diversis fundamentis.* Illi, *quod omnes affectus simpliciter vitiosos* Contra
iudicarent. Isti, *quod nullam rerum humanarum providentiā* Philoso-
in DEO admitterent, omnemque iram, pariter & gratiam, cum phos.
beatitate DEI pugnare statuerent. Et his videtur aliquatenus accedere Palingenius, *Poeta aliquot pius & cordatus: dum lib. 8* Zodiaci, *universam à DEO iram excludit. Sic enim inquit: Laedi alius trahi & offendi si possit, &c. Nunquam lætus erit, neque erit Deus ipse beatus, &c. Nisi forte benignius ipsius verba interpretemur de ira perturbata, & cum vitio atque infirmitatibus conjuncta: ita ut non verè iram ipsam, sed certum duntaxat ejus* modum *negaverit. Id quod facile admitti potest. Alioqui firmiter credendum est (quia Literæ plus millies id ipsum affirmant) Deum verè peccatoribus irasci, veramque iram et offensionem, atque indignationem, in DEO locum habere.*

Sed de modo *jam amplius inquirendum est.* Utrum vide- Quæstio
licet Ira in DEO veram aliquam animi commotionem *si-* de modo.
gnificet, ut quidam Lactantius, *loco hic citato, non absurde docet (cui etiam* Musculus, *in locis Communibus, tit. de Ira DEI assentire videtur) an potius simplicem puniendi* voluntatem, *adeoque pœnitentiam ipsam, declaret, prout vulgo plerique omnes intelligunt. Nos de verbis, aut phrasibus, ... litigandum esse minime putamus: at primum* commotionem *aliquā, inge-*

nere dictam, etiam DEO tribui posse concedimus; dummodo nulla humanæ Commotionis infirmitas, aut propria Creaturarum imperfectio, hic includatur. Alioqui cautius est in hoc mysterio loqui censemus, qui Nomine Iræ divinæ tria potissimum significari docent.
1. 1. Æternum decretum, de peccatoribus
2. puniendis. 2. Externam comminationem pœnæ, jam decretæ.
3. 3. Actualem pœnæ inflictionem, sive supplicium ipsum, decreto & comminationi congruum. Hæc enim omnia vocabulo iræ divinæ in Scripturis significari solent. Interim quia negari non potest, hæc omnia peculiari quodam modo à divina voluntate proficisci: quæ videlicet suum amorem justitiæ, & odium injustitiæ, ac proinde displicentiam injuriæ DEO factæ, simul declaret: idcirco non male specialis quidam affectus, sive internus animi habitus, à simplici voluntatis actu diversus, hoc eodem nomine significatur: sed cujus tamen exactam rationem nobis ignotam esse fatendum est: prout etiam Musculus, in loco jam citato, apertè confitetur. Sapiendum enim hic est ad sobrietatem: nec intima DEI natura, præsertim extra ipsum verbum, temerè aut nimis curiosè nobis scrutanda est.

Ad Thesin 11. & 12. Objectum iræ divinæ non minus,
Objectum Iræ Dei. quàm odii divini, nullatenus in ipso DEO, sed simpliciter extra Deum, quæri debere, res ipsa perspicuè docet: quum nihil in ipso DEO sit, aut esse possit, cui ipse succensere, aut pœnam propter dictam, tanquam [illegible], infligere queat. Extra ipsum verò est sola creatura peccans, sive Angelus, sive homo, &c. Sed hic prudenter inter peccatores, simul & peccata, discernendum est: ne vel resipiscentes, perinde ut impœniten-
Cautio. tes, iræ divinæ subjectos esse putemus; vel omnia peccata, iræ divi-
1. næ fomenta, sive irritamenta, prorsus æqualia esse statuamus. Non soli quidem impœnitentes (qui alioqui soli usitatè, simul peccatores in Scriptura vocantur) in hunc censum veni-

unt:

unt: quandoquidem pios etiam ac pœnitentes ob antegressa peccata interdum graviter à DEO puniri constet. Sed hi tamen sub ira DEI non manent: nam æternam DEI iram nunquam experiuntur; sed temporalem tantùm: juxta illud Mich. 7. I-
ram DEI portabo, donec proferat judicium meum, 2.
&c. Illi verò, quatenus & quamdiu tales sunt, iræ divinæ continuò subjecti sunt. Unde & vasa iræ, *apparata ad interitum, emphaticè appellantur. Rom. 9. Atq; illorum quidem peccata præcipuè spectamus, cùm* gradus *iræ divinæ, juxta peccatorum* gradus, *aut species, statui debere asserimus. In summa: soli peccatores, quatenus & quamdiu tales sunt, iræ divinæ propriè subjiciuntur: & tantò quidem magis, quantò magis ipsi peccatis addicti, sive implicati sunt.*

Ab æterno *igitur non potest Deus iram ullam exercuisse,* exegesis.
nisi forte ratione decreti æterni, hoc est, ante secula facti: nempe 4.
quatenus tam olim ante mundi fundationem, peccatoribus impœnitentibus certè tandem pœnam decrevit: juxta illud Matth. 25. 2.
Ite in ignē æternū, qui paratus est Diabolo, &c. *Et quamquam* peccatum *verissima, immò unica iræ divinæ causa est, non tamen rectè statui potest verum ejusdem* objectum: *quũ non in peccato, sed in ipso peccatore, actus irascendi, hoc est, puniendi, reverà exerceatur.* Peccatum *enim, quum sit merum accidens, pœnæ propriè dictæ, sive iræ actualis, in sese capax non est.* *At* persona *peccans, ut comminationem DEI intelligere,*
ita supplicium verè sentire potest. Denique non omnis *persona* 5.
quoquo modo peccans; sed vel impœnitens tantùm, vel conversa quidem, sed de novo contra conscientiam delinquens, verùm hujus effectus objectum censeri debet: idq; juxta gradum & modum paulo antè satis expositum. Atq; hæc de objecto *iræ divinæ sufficere possunt.*

Distributio Iræ. Ad Thesin 55. *Hæc triplex Iræ divinæ distributio non tantum per-se utilis, imò necessaria est, ad variam Scripturæ Iram DEI intelligendam: sed in ipsa varietate* objectorum *simul & effectorum Iræ, solide fundata est.*

I. *Quanto enim graviora, vel leviora supplicia sunt peccatoribus à DEO, pro diversa gravitate, vel levitate delictorum proportionaliter inflicta: tanto etiam ma-*

II. *jor, vel minor, Ira DEI adversus eos esse intelligitur. Et quia supplicia interdum* publica, *sive generalia; interdum* privata, *& quasi domestica sunt, h.e. quia vel integras Regiones, seu populos, & provincias aut* Urbes, *vel speciales tantum familias, aut singulares personas attingunt: idcirco Ira DEI similiter in* publicam *&* privatam *rectè distinguitur. Postremò, quia pœnæ quæd.*

III. sempiternùm *durant; quædam verò cum* morte *hominis terminantur, idcirco & Ira DEI, respectu durationis, in æter-*

Ratifma. nam, *&* temporalem, *distribui potest. Hinc autem patet, Iram illam futuram de qua 1. Thess. 1. & 5. agitur, & omnium gravissimam, & maximè publicam, & denique æternam, rectissime appellari:* gravissimam *quidem, respectu qualitatis, & intensionis, h.e. summi cruciatus, in igne illo æterno. Matth. 25. maximè* publicam, *atque ita respectu quantitatis, & extensionis, h.e. totius impiorum multitudinis, quæ in exitio universi mundi pariter damnabitur: denique* æternam, *respectu perpetuæ durationis: quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum nõ extinguetur. Esa. 66. Sed fumus cruciatus eorum ascendet in secula seculorum: prout Scriptura emphaticè hanc Iram depingere solet. Vide Apoc. 14. & 20. & passim.*

Aliæ divisiones. *Possunt tamen &* aliæ *quædam divisiones Iræ divinæ, præsertim temporalis, in medium afferri. V. gr. in Iram* damni *&* sensus: *item in* Corporalem *&* Spiritualem: *itemque* paternam *&* judiciariam, *&c. Nam quibusdam* gratia *tantum sua destituit Deus, absque sensibili ipsorum* cruciatu; *alios autem in*

carce-

corporibus, aut animis ipsorum excruciat, &c. Item in hac vita quosdam punit Deus tantum pœnis corporalibus, v. gr. morbis, damnis, exilio, &c. alios spirituali quadam ratione mulctat: v. gr. excæcando, indurando, &c. Et rursus alios ex affectu paterno affligit, ne cum hoc mundo damnari cogatur, 1. Cor. 11. alios ex iusto odio, tanquam iratus Judex, ita ulciscitur, ut aliis manifesta impiis tragica exempla esse, & horrorem meritò incutere possint. Gen. 7. & 19. &c. Nec dubium est, quin plures ad genus diversiones hæc loca referri possint; sed quæ tamen ex supra dictis haud difficulter intelligi queant, si quis modò diligenter ad præcipua rerum ibi propositarum, capita animum advertat.

Illud porrò hic obiter notandum est, vocem æternam DEI iram duplicitur, immò tripliciter explicari posse: siquidem variâ, & satis usitatam, juxta Epitheti significationem spectemus. Aliquando enim absoluta & simplex ac æternitas, h. e. perpetua & propriè dicta rei verè existentis duratio, per hanc vocem significatur: v. gr. cum vitam æternam sperare dicimur, &c. Aliquando æternitas limitata, sive ad certum subjectum restricta, hoc est, quoddam longum in genere tempus, sed quod finem tamen aliquem habiturum sit, vel potius perpetua res aliqua, longissimè duratura, tandem tamen desitura permanentia hoc nomine declaratur. Quemadmodum multa in V. T. æterna vocantur (verbi gr. Sabbatum, Circumcisio, Sacrificia, &c.) quæ tantùm usque ad tempus N. T. durarunt. Aliquando etiam figuratè sempiterna cujusdam consequentis effectus, non autem rei ipsius existentia denotari videtur. V. gr. cum incendium illud, quo Sodoma & Gomorrha olim conflagrarunt. (Gen. 19.) æternum incendium, sive æternus ignis, in Epistola S. Judæ vocatur. Non quòd incendium illud reipsa adhuc duret, & deinceps perpetuò duraturum sit; sed quòd ejusdem ef-

Æternitas quo-tuplex.
I. Significatio vocis.
II.
III.

lectus, hoc est, totalis urbium illarum perditio, semper eadem est, a quo tempore semel extitit.

Itaq; hanc æternam DEI iram alii aliter explicare solent.
Applicatio *Plerique propriè eam & reipsa in æternum duraturam, hoc est,*
1. *in tempus absq; ullo fine puniendis actu semper occupandam esse,*
2. *affirmant. Alii, quibus hoc cum summa DEI bonitate, immo etiam cum justitia & sapientia, pugnare videtur, vel ad longissimam quidem, hoc est, multis seculis duraturam, impiorum pœnam, & cruciatum (sed unde ipsi tamen impii aliquando tandem liberandi sint) vel ad æternum ultimi Judicii effectum,*
3. *hoc est, totalem & perpetuam impiorum extinctionem (unde nulla in æternum redemtio divina speranda sit, sive unde nullo unquam tempore impii liberandi sint) hanc phrasin accommodare malunt. Breviter alii quidem iram DEI actualem, cum vero Creaturarum sensu conjunctam, simpliciter & propriè in æternum duraturam esse docent. Alii vero nullam agnoscunt iram DEI reipsa & simpliciter in perpetuum duraturam, h. e. negant ullas creaturas in æternum actualem DEI punitionem sensuras: Etsi concedant, iram DEI hactenus æternam dici posse, quatenus vel punitio actualis longissimè durabit; vel effectus ejus in æternum extabit, &c. Itaq; propriè & generatim, de omnibus omnino hominibus, immo & dæmonibus, hæc & similia dicta, quæ in fine Thesis citata fuerunt, absq; hæsitatione accipiunt. Sed nos in prima sententia, ut receptiore, ita simpliciter acquiescendum esse sentimus: saltem tantisper, dum firmioribus eam rationibus expugnari videamus.*

Triplex cautio Ad Thesin 16 17 18. *Hæc triplex observatio magnum et ipsa usum habet, ad Scripturas sanctè dexterius intelligendum; ne videlicet ex qualicunq; affinitate rerum, aut verborum continuò veram earundem homogeniam, immò identitatem, concludamus: hoc est, res toto genere diversissimas inter se temerè confundamus,*

confundamus, atq; ita pro luce tenebras propositis materiis offeramus. Ad primam igitur cautionem hoc præcipuè pertinet: I.
ut propter generalem aliquam similitudinem, quam generales passiones, aut afflictiones piis ad probationem, aut martyrium immissæ, cum pœnis propriè dictis obtinent, similiter illas generis & propriè dictis pœnis habendas esse colligamus. Etsi enim illæ in genere passionum, vel calamitatum, cum pœnis propriè dictis conveniant: plurimum tamen à specifica pœnarum differentia remotæ sunt: quum illæ neq; propriè propter antecedentia peccata, sed propter pietatem, vel probandam, vel amplius testificandam, ipsis piis infligantur: neq; ex justitia aliqua vindicatoria, sed ex gratia & bonitate DEI, revera proficiscantur: neq; vel ultionem, vel castigationem aliquam, propriè dictam, sed aut probationem tantum piorum, aut divinæ veritatis obsignationem pro vero fine sibi propositam habeant: sicut ex locis in Thesi allegatis apparet.

Altera cautio huc spectat ut paternæ DEI castigationes à II.
pœnis ultionis, seu vindicatoriis in specie sic dictis, accuratè discernantur. Nam licet utraq; sub genere pœnarum rectissimè comprehendantur: maximum tamen inter illas, & has discrimen apparet: quum illæ quidem ex Amore DEI erga Credentes oriantur & spectatim electos DEI filios concernant, quorum, videlicet, salutem ipse Deus per illas promovere conatur: illæ vero ex ira & odio adversus impios emanent, & justam illorum vindictam principaliter respiciant: prout itidem in locis Thesi 17. citatis videre licet.

Postrema denique observatio in publicis hortationibus ad a- III.
gendam pœnitentiam &c. (quarũ in ipso verbi ministerio creberrimus usus est) maximam utilitatem habet. Nempe, ut homines intelligant, Iram Dei, etiam propriissimè dictã, et veri

impiis

tempore distincta sunt, dum in hac vita sumus, [illegible] & quibusdam signis animadverti, sed & palpare possimus, ... vitae emendationem, aut prorsus averti, aut valde [illegible] posse: adeoque Deum iustitiae potissimum illa irae ac vindictae suae signa praemittere, ut nos statim ea animadversa ad frugem redeamus, atque ita futura supplicia, tempus parata, feliciter evitemus. Vide loca in Thes. 38. obiter allegata. Unde res tota plenius intelligi poterit.

Triplex irae moderatio. Ad Thes. 39. & 40. *Irae & poenarum moderatrices quaedam sunt*, longanimitas, mansuetudo & patientia *in Deo.*
1. *Quarum* prima *proprie occupatur in ira quasi sustinenda, ne properet ad infligendam poenam, simulatque id meritum peccatoris postulaverit.*
2. Secunda *iram sic temperat, ne nimia sit, vel magnitudine, vel duratione: immo ut respondeat illam gravitati scelerum magnitudini: denique ut facile ac libenter illa remittat, ubi poenitentiam peccatoris animadverterit.*
3. Tertia *sic peccatoribus parcit, & malos eorum mores toleranter sufficit, ut simul & ipsos emendare, & illos ad resipiscentiam adducere conetur. Quanquam in S. literis haec tria vocabula saepe prorsus aequipollent: ita ut sub uno eorum omnia iam dicta passim insinuentur. Vide loca citata in utraque Thesi. Et Confer doctrinam* Aristotelis *in 4. Ethic. de* Iracundia, *&* mansuetudine, *& utriusque affectibus: ita plenius haec omnia percipies.*

Longanimitas Dei. *Illud obiter addendum videtur, cum Deus in Scripturis appellatur* μακρόθυμος, *hoc est, longanimis, sive, ut Hebraei dicunt,* arech appaim, *hoc est, longus irarum, &c. id non ad longam irae durationem, sed ad eiusdem tarditatem ac lenitudinem potius esse referendum, q. d. Deum lento gradu ad poenam progredi, et quasi longum tempus ad eam exercendam interponere. Vide Proverb. 14. 17. Ubi contra* qatsar appaim, *hoc est, brevis irarum is vocatur, qui festinat ad vindictam, & brevi tempore*

inter propositũ, & executionem interponit. In summa: ματροθυμία DEI ferè eadem est, quod ἀνοχὴ & μακροθυμία in condemnatione peccatorum, aut pœnarum suspensione: ac proinde facilitatem DEI ad ignoscendum, item supplicii dilationem, aut mitigationem declarat. Sed quæ tamen ita comparata est, ut semper & sapientiam, & æquitatem, sibi coniunctam habeat: neq; unquam irrideri se, aut frustra contemni, à quoquam patiatur. Quod annotatum *hic obiter adversus sinistram levitatis divinæ interpretationem, aut profanum eiusdem abusum, ad quem alioqui facilè propendemus, seriò notandum est.*

Cæterùm de summa hac DEI longanimitate, ac facilitate, inter alios, insignis est locus Ose. 11. v. 9. Ubi Deus inquit: Inversum est in me cor meum pariter incaluerunt pœnitudines meæ: Non faciam in ira furoris mei. &c quia Deus sum, & non vir, &c. *quasi dicat, proinde mutavi consilium in melius: & valdè me pœnitet malorum, quæ tibi hactenus iratus commisi. Itaq; non perdam te, sed temperabo mihi, quia sum Deus summè potens & misericors, nõ homo fragilis, & impotens, &c ut homines sunt.*

Ad Thesin 41. Zelus *Dei in genere est vehemens et constans ipsius affectus, in urgendo proposito, per se bono & honesto; partim ex amore rei cupitæ, partim ex odio rei invisæ, partim deniq; ex ira, seu cupiditate vindictæ, &c. q. cõpositus. Hunc Hebræi* qinna *vocant, à* qana, *vel potius à* qinne, *h. est, æmulari, & invidere, &c. Est enim re vera Zelus cum quadam æmulatione ferè coniunctus: immò ipse est æmulatio quædam, sive invidia, quâ bonum aliquod alicui, tanquam ei minimè conveniens, invidemus, eiq; idipsum eripere studemus: irascentes huic nomine tam ipsi, ut iniusto possessori: tam ei, qui ipsum hoc bono temere afficit: quippe quod nobis potius deberi putamus. Sic invidet Deus idolis honorem divinum: ubi præcipitur ex Esa. 42.* Glo-

Zelus Dei in genere.

viam meam alteri non dabo, nec laudem meam sculptilibus, &c. *Et Deut. 32.* Fecerunt me zelare in non Deo, *&c. Quare etiam irascitur populo suo, qui honorem, & fidem Deo debitam aliò transfert. Vide Exo. 20.* Ego Deus fortis zelotes, &c. *Sed tamen* specialis *Zelus esse videtur, cùm amore populi sui impulsus, extra ordinem ei parcit, & contrà vindictam de aliis sumit, qui fortè illum duriùs tractarunt, &c. Vide Joel. 2. 18.* Zelo commotus est Dominus pro terra sua, & pepercit populo suo, &c. *Itaq; non male fortassè totam rei rationem expresseris, si dicas: Zelum Dei esse fervidum & ardentem nostrùm affectum, ex amore simul & odio atq; ira quasi mixtum, quo gloriam suam, & salutem suorum, ab hostibus fortè læsam, ingenti Spiritu asserit; hos quidem puniendo; illos verò protegendo: & res sibi ablatas summo jure repetendo, &c.* Unde *peculiaris Zelotypia ipsius erga Ecclesiā intelligi potest. Sed de his jā satis.*

In specie.

Ad Thesin 42. *Generalis usus hujus doctrinæ varius est.* 1. Ut *diligamus omnia, quæ Deus diligit: oderimus, quæ ille odit: deniq; iisdem rebus lætemur, doleamus, &c. de quibus ille lætatur, dolet, &c.* 2. Ut *omnia eodem modo, & gradu, & fine, diligam⁹, oderimus, quo Deus solet; videlicet diligamus Deum supra omnia, & sic deinceps. & nominatim pios, licet pauperes, præ fratribus improbis, licet magnis: prout Psal. 15. & Jac. 2. &c non obscurè significatur.* 3. Ut *nullā creaturā pro libidine nostra unquam abutamur: quam Deus omnia amet, ac cura sua generali complectatur.* Unde *lex Deut. 22.* de pullis avicularum nō capiendis unà cum matre, *&c.* 4. Ut *nec amorē, nec odiū, nec iram, nec ullum deniq; affectum cum Stoicis simpliciter damnemus: sed ut omnes rectè moderemur, etc. Quanquā hæc postrema generalis utilitas prima esse debebat. Sed hæc levicula sunt.*

Usus doctrinæ generalis.

Ad Thesin 43. 44. 45. 46. *Hi speciales usus & prolixius,*

Usus speciales.

& di-

& distinctius proponi possent: si sub præcipuis classibus certas aliquas species *comprehenderemus: ut quidem satis methodicè juxta ordinem harum Thesium, ista comprehensio institui possit. Sic verbi gratia,* ad Thesin 43. pertinent *hi speciales usus.* 1. Ut *Deum vicissim diligamus, quippe qui prior nos dilexit: ne videamur simus ingrati. Vide* 1. Joh. 4. 2. Ut *proximū, maximè fratres in Christo, amemus singulariter propter Deum: quippe qui id jussit, & exemplo suo docuit.* 3. Ut *ex animo Deo confidamus, & salutem ab ipso speremus: quippe qui tantoperè nos amat in Christo. Vide* Johan. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. 4. Ut *pietati seriò studeamus: quo certiùs simus Dei charitatis.* Johan. 14. *&* 15. Si quis dilexerit me, diligetur à Patre meo, &c. *Item,* eritis amici mei, si feceritis, quæ præcipio, &c. *Vide suprà Notas.* 1.

Ad Thesin 44. *sequentes* species *referri possunt.* 1. Ut *semper gaudeamus de rebus illis, quæ DEO materiam lætitiæ præbent.* 2. Ut *similiter ea & desideremus, & speremus, quæ à Deo desiderari & sperari audimus.* 3. Ut *præsertim omnem Antipathias ex animis nostris ejiciamus: quippe à natura et voluntate DEI prorsus alienam, &c.* 2.

Sub Thesi 45. *hi* speciales *usus comprehendi possunt.* 1. 3.
Ut *peccatum ante omnia serio veroq; odio prosequamur: tanquam rem DEO maximè invisam, & primam malorum omnium causam.* 2. Ut *de eisdem jam seriò perpetratis, ex animo doleamus idem atq; de perditione hominum ob peccata æternum, &c.* 3. Ut *in tempore per DEI gratiam resipiscamus, atq; ita DEO causam pœnitendi, hoc est, comminationes suas revocandi, præbeamus.* 4. *Denique ut futura mala, quæ quidem certò talia sunt, providè metuamus: atq; consilia & facta nostra, tempestivè in melius mutemus, idque aliquatenus exemplo ipsius DEI, de malo quasi pœnitentis.*

4 Ad Thesin 46. *Præter jā dictas species, alii quoque usus prædicanda sunt. 1. ut Exempla DEI iudicii consideramus omnibus potiss. ut peccantibus, & quantum in nobis est, aliena peccata devitare studeamus. 2. Ut toto vitæ tempore quasi medio inter metum, & timorem DEI incedamus: tanquam eius, qui tardus quidem sit ad iram, sed tarditatem tamen gravitate suppliciorum compenset. 3. Ut mature vitam emendemus, atque ita etiam DEI æternam omnibus impœnitentib. paratam, evitemus. 4. Ut semper ad Iesum Christum, gratiæ divinæ librarium, vera fide confugiamus: tanquam eum, qui nos sibi vere insitos ab ira futura tandem omnino liberaturus sit. Cui sit hoc ipso nomine gloria in secula seculorū, Amen.*

Epilogus. Ad Thesin 47. *Hæc ultima Thesis* Epilogum *generalem continet omnium superiorum Disputationum, de Natura sive Attributis DEI. Simul etiam* usum *earum multiplicem breviter exponit, qui in omnibus ferè S. Theologiæ partibus apparet. Deniq;* voto, *sive optatione pia, rem totam concludit. Quæ omnia per se plana sunt, nec ampliorem explicationem ullam desiderant. Itaq; ad finem jam diu expetitum, recta properandū est.*

Ad Problema 1. Ad duo Problemata. *Hæc etiam* Problemata *ex supra dictis abunde intelligi possunt. Et* prius *quidem ex iis, quæ supra de* Amore *DEI speciali erga electos Thesi 18. disseruimus, satis manifestum est.* Ubi *non obscure probavimus, vere pios ac credentes de sua ipsorum fide in Christū, ex germanis fidei effectis, omnino persuasos esse posse: ac proinde non minus de paterna Dei erga se liberalitate certiores reddi; deniq; de utraq; et per Spiritus S. testimonium infallibiliter persuaderi, & quasi divino quodā sigillo, sive arrhabone, obsignari solere: sicut ex locis illis vulgò notis Rom. 8.* Spiritus testatur spiritui nostro, *&c. 2. Cor. 1. & 5.* Deus est, qui confirmat nos, qui etiam unxit nos, *&c. apertissime probari potest.*

Obiectio

absolutio igitur illa, ex loco Eccles. 9. Nescit homo, &c. petita, dupliciter solui potest: tũ p assumptionis, tũ p cõsequentiæ negationem. Nã primò nõ extat in textu Hebræo sententia vulgatæ versionis: sicut ex ipsa sententiæ inspectione, item doctissimis eorum interpretibus, Pagnino, Tremellio, &c. abundè constat. Deinde etiamsi verba vulgatæ versionis illic extarent, nõ possent tamen absq; limitatione, sive planè simpliciter & absolutè, accipi: sed necessariò ad certi generis incertitudinem, sive ad speciales quasdam incertitudinis causas, omninò restringenda essent: Nẽpe ad externa hujus vitæ eventa, sive læta, sive tristia: unde nullæ firmæ probationes vel amoris, vel odii divini (quoad æternã vitam, vel mortem) reverà elici possunt. Plura vide apud interpretes ipsius loci.

Posterius etiam Problema non difficulter ex dicto Christi Act. 20. explicari potest. Quum enim amare, *sit alteri benè velle, & benefacere, h. e. alteri de suo aliquid dare:* amari *autem, sit alienam erga se benevolentiam, & propensam affectionem experiri, h. e. ab altero boni aliquid accipere: quumq; teste Christo,* beatius sit dare, quàm accipere: *non dubium est, quin illud in sua natura longe sit illo præstantius. Nec tamen hinc colligendum est, quemlibet amorem activum quolibet amore passivo præstantiorem esse: v. gr. nostrum amorem activum, quo Deũ prosequimur, ipso nostri amore passivo, quo Deus nos semel dilectur, &c. Semper enim in eodem & rerum, & personarum genere necessariò manendum est: nec adjunctum aliquod accidentarium cum essentiali rerum definitione temerè confundendũ. Ita facilè patebit, amorem activum alicujus certi subjecti (v. gr. DEI) præstantiorem esse amore ejusdem passivo: saltem directè, & per se, si non semper indirectè & per accidens.*

Hoc igitur omnes agamus, ut Deũ, & proximũ ex animo semper diligamus: illũ, perpetua ipsius obedientia: hos, benè de ipsis merẽ-

do, &c. Ita vicissim & ab illo, & ab istis amabimur: & tandem salutem æternam, ex gratuita DEI promissione, certò adipiscemur. Quod faxit ipse per J. Christum Servatorem nostrum, Amen.

Conclusio ad Lectorem.

ET *jam tempus equûm fumantia solvere colla*. Satis enim annotatum hactenus à nobis videtur. Quanquam erunt fortasse, quibus hæ notæ nondum satisfacient. Sed & alii erunt, quibus hîs etiam plus satis annotasse videbimur. At quis unquam ad salivam omnium scripsit, aut scribere potuit? Animus quidem erat, integram de Prædestinatione divina controversiam, quæ plus etiam dissidiorum, quàm Sacramentaria illa cõtentio, in Ecclesia Christi jam pridem excitavit, velut alteram Appendicem, in fine harum Notarum subjungere. Sed non siverunt occupationes aliæ perficere, quod animo jam fuerat conceptum, immò aliquatenus cõfectum. Ex Notis tamen ad disp. VI. & VII. & VIII. & IX si cum thesibus sedulò conferantur, non obscurè de sententia nostra constare poterit. Si hæc Christiano Lectori placet, benè est. Si displicet, ignoscendum est communi nostræ infirmitati. Saltẽ hoc scio, nihil in ea verè impium doceri: quum id præcipuè caveamus, ne DEUS ullo modo injustus, aut crudelis, aut Tyrannus, aut peccati Auctor, vel fautor, in æterna hac salutis, ac damnationis humanæ, dispositione à nobis statuatur. Errare hîc potui: at sciens contra veritatem nil scripsi. Lege igitur animo recto, & candido: nec mihi, nec aliis, fortè dissentientibus, sed soli veritati cœlesti, ex animo fave. Vale.

FINIS.

Errata in Notis ad disputat. 2. & seqq. sic Corrige.

Initiò notetur, numeros paginarum per integram Centuriam, inde à pagina 254 & seqq. repetitos esse. Itaq; numerus 155. & deinceps usque 255. bis legendus erit. Pag. 155. repetita, h.e. pro 255. posita, lin. 17. lege Matth. 28. pro Matth. 2. p. 157. l. 4. lege *existere* pro *existeret*. p. 171. l. 29. E*loeim* pro E*leïim*. p. 178. l. 4. post *necessarió*, intersere, *cum subjectis suis*. p. 183. l. 12. post *ipse*, adde *solus*. p. 189. l. 9. & 10. dele notas parentheseos. p. 192. l. 13. post *praterea*, adde *quatenus ipsa*. p. 193. l. 26. lege *quo ad*, pro *quod ad*. p. 214. l. 1. dele vocem, *qui*. Ibid. l. 4. lege J*ob*. pro J*oh*. p. 217. l. 26 lege *ad Rom*. 9. 18. pro *Rom*. 18 p. 222. l. 18. *Zanchius*, pro *Nanchius*. p. 227. l. 1. *similiter*, pro *simpliciter*. p. 228. l. 10. lege, *requiruntur*. p. 241. l 29. lege *id*, pro *&*. p. 247. l. 26. intersere post vocem *Initium, neq; finem*. p. 244. l. penul. lege, *in* 1. *Cor*. 2. pro 7. p. 253. l. 24. *totam* pro *etiam*. p. 254. l. 29 *sese*. p. 283. l. 25. *sine defectu*, pro *& defectum*. p 305. l. 29. 1. *Sam*. 15. p. 311. l. 29 *ipsum* pro *ipsam*. p. 315. l. ult. post *quantum*, adde, *satis*. p. 330. l. 82. leg. *Justificat*. Et lin. 11. lege *judiciaria* p. 331. l. 12. *injusti* pro *justi*. p. 343. l. 19. 1. *Job*. 1. p. 361. l. 6. *hunc* pro *hinc*. p. 365. l. ult. *obtinet*. p 386. l. 1. post *&c*. adde *Itaq; in uno Dei verbo simpliciter*. p. 391. l. 29. *μετάνοιαν*. p. 399. l. 14 *Atq;*. p. 427. l. ult. pro his verbis, *Adverbio negandi*, lege hæc, *Conjunctionem habēte vim negandi*. p. 433 l. 15. *Contentissimè*. Et lin. 24 *εὐδοκία*. p. 440. l. 10. *adhuc* pro *adhoc*. p. 441. l. 21. *inabsoluta* pro *absoluta*. p. 447. l. 3. lege *et* antè *κατάρας*. Cætera minoris momēti sunt, quæ prudens Lector ipse per se corriget.

FINIS.